Fbe 34

62449/B

N.
6.24

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

FRANCK VON FRANCKENAU, G.

Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30502147_0002

T8

D. GEORGII FRANCI DE FRANKENAV

S. R. I. EQVITIS AVRATI, CONSILIARII ATQVE ARCHIATRI REGII

DE

PALINGENESIA

SIVE

RESVSCITATIONE ARTIFICIALI PLANTARVM, HOMINVM ET ANIMALIVM E SVIS CINERIBVS

LIBER SINGVLARIS,

POSSIBILITATEM FVTVRAE CORPORVM NOSTRORVM RESVRRECTIONIS SOLIDE AC CVRIOSE DEMONSTRANS, MVLTA-QVE ALIA RECONDITAE NATVRAE ARCANA PANDENS,

PROPTER INSIGNEM, QVEM THEOLOGIS, PHYSICIS, BO-TANICIS, ALIISQVE ERVDITIS PRAESTAT, VTILITATEM

IAM REVISVS, EMENDATVS, NEC NON COMMENTARIO, ET VARIORVM, SVISQVE EXPERIMENTIS QVAMPLVRIMIS ILLVSTRATVS

A

IO. CHRISTIANO NEHRINGIO.

PRAEMISSVM EST

ELOGIVM AVTORIS

A VINDICIANO

CONSCRIPTVM



HALAE APVD FELICEM DV SERRE Anno 1717.

* *   * *
*   *

Unius corruptio eſt vel ejusdem, vel alterius rei generatio.

* *   * *
*   *

VIRO ILLVSTRI ATQVE EXCEL-
LENTISSIMO

DOMINO
CHRISTIANO THOMASIO,

SACRAE REGIAE MAIESTATIS BO-
BORVSSIAE CONSILIARIO INTIMO, VNIVER-
SITATIS FRIDERICIANAE DIRECTORI
AC PROFESSORI PRIMARIO, FACVLTATIS
IVRIDICAE ORDINARIO,

*PATRONO MEO GRA-
TIOSO.*

ET
VIRO EXCELLENTISSIMO ATQVE
NOBILISSIMO

DOMINO

GEORGIO ERNESTO STAHLIO,

MEDIC. D. EID. SACRAE REGIAE MAIESTATI BORVSSIAE A CONSILIIS ET ARCHIATRO PRIMARIO, VT ET COLLEGII REGII MEDICI BEROLINENSIS PRAESIDI,

PATRONO MEO SVMMOPERE COLENDO.

VIRI
ILLUSTRIS ATQVE EXCELLENTISSIMI,
PATRONI SUMMOPERE COLENDI:

VOs utique, Philoſophiæ pariter ac Medicinæ valde peritos non latet, inter varia impedimenta, quæ multis Theologorum aditum ad eruditionis ſolidæ ſuavitatem, & proficuam auditoribus ſcripturæ ſacræ interpretationem præcludere ſolent, non injuria a prudentioribus numerari ſtudii *PHYSICES & MEDICINÆ neglectum.* Summus enim & ſuaviſſimus NATVRAM inter & THEOLOGIAM nexus & conſenſus eſt, adeo, ut ſine illius notitia hujus facile auſterior guſtus plerisque efficiatur. PLINIUS quondam *capite peculiari de Magia*, hoc eſt, *Sapientia Phyſica*, de *temere* diſciſſis diſciplinis jam conqueſtus eſt. Sic & *Eugenius PHILALETHA*, longe pientiſſimus *Philoſophus*, eadem de re ſuum nobis dolorem impertit *in lumine de LUMINE p. 18. ſeqq.* τὴν Σοφίαν ad ſe loquentem hoc modo introducens.

" Nolim ego, *mi Eugeni*, omnium diſciplinarum
" concentrationem tibi eſſe ignotam. Præteritis
" iisque longe prudentioribus ſeculis, Magia melius,
" & a pluribus hominibus intellecta, hujus ſcientiæ
" Doctores eam in tria membra, *elementare* puta,
" *cœleſte*, & *ſpirituale* diſpertiebantur. Pars *elementaris*
" myſteria MEDICINÆ, *cœleſtis* ASTROLOGIAM,
" *ſpiritualis* THEOLOGIAM continebat. Quarum
" unaquæque pars *diviſe* tantummodo ramus ſive
" membrum, *conjunctim* vero perfecta erant ſcientia.
" HOC igitur TEMPORE *veram* Medicinam, aut A-
" ſtrologiam nemo monſtrare poteſt, nec alia, quam
" *verbalis* datur & *libraria* Theologia. Cujus rei cau-
" ſa hæc eſt: poſt multum temporis intervallum hæ
" tres diſciplinæ (*quæ ſine vera combinatione nullo ſunt*
" *miraculo*) imprudenter diſcerptæ ita ſeparabantur,
" ut unaquæque pro ſingulari ſcientia habeatur. Et *in Euphrate p. 15.* Experientia & ratio me docuerunt, PHILOSOPHIAM & THEOLOGIAM *unam eandemque* eſſe *ſcientiam*. Homo autem egit cum diſciplinis, ſicut cum rivis & aquarum ſcaturiginibus, quæ per canales diverſos, variasque vias ductæ diverſa nomina ſortiuntur. *Jacobus* GAFFARELLUS *in præfatione ad* MEDICINALIA *Thomæ* CAMPANELLÆ: Ne te, *inquit*, terreat, *humaniſſime Lector*, quod abſtruſiora in illo (*libro*) MEDICINÆ præcepta tractentur a Monacho THEOLOGO, *id eſt*, a profeſſione artis Medicinæ viro penitus alieno. Ideoque ne mireris, ſi Theologus de Medicina diſſeruerit, ſcripſeritque, cum ne quicquam ita alienum ſit a propoſito, THEOLOGIAM cum MEDICINA CON-

JUNGERE. Illa ſiquidem immortalem animam, hæc mortale corpus contemplatur. Unde nec falli profecto, nec fallitur *Marſilius* FICINUS, cum *felicius* aſſerit *MEDICINAM tractatum* iri, *SI MEDICI SACERDOTES FORENT ATQVE THEOLOGI. HIPPOCRATES* etiam, Medicorum ille *genius & princeps*, fateri non veretur, inter Medicos *primas* ÆSCULAPII tenere SACERDOTES. Sic ROBERTUS *Eboracenſis* Anglus Dominicanus, THEOLOGUS exacte ſummaque cum cura abdita ſecretioris Medicinæ theoremata ita eſt perſcrutatus, ut doctiſſimis quibusque Medicis admirationem moverit ſingularem. Monachus item alius Eboracenſi coætaneus, RAIMUNDUM indigito cognomine LULLIUM, penitioris licet divinioribus THEOLOGIÆ myſteriis intentus, doctiorum tamen libris Arabum *Medicorum*, quorum linguam probe norat, operam interdum dabat. Ipſe ille fuit, qui futuris ſeculis MEDICINÆ Scientiam a ſacris *Theologiæ* principiis non adeo eſſe diſſitam, manifeſte ſignificavit, quique de Medicina ſcripſit tum *ſpeculativa*, ut vocant, tum *operativa*. Unde *Symphorianus* CAMPEGIUS *doctiſſimum* illum vocat *Medicum*, ac etiam apud peritiſſimos quosque Medicos atque Philoſophos *ſummis laudibus* effertur *illius nomen*. Monachus item alter, CONSTANTINUS ſcilicet, ordinis ſancti Benedicti, natione Afer, in ſolitudinibus ut plurimum vitam degens, ubi tunc temporis ſcientiæ recludebantur, tanquam ab urbibus exules, multa adeo ad Medicinam ſpectantia ſcripſit, ut, qui *eruditas ISAACI*, Hebræi Medici *lucubrationes* perlegerit, quale

Conſtantinus inter doctores mereatur Medicos nomen, percipiat facile. Huic ÆGIDIUM junge Monachum, ejusdem ordinis, diverſa licet natione, quippe qui Græcus erat, quique *de pulſibus* ſcripſit, & *de urinarum judiciis.* CALLISTUM adde, atque NEOPHYTUM, ambo Monachos, quorum ſimiliter ille *de pulſibus & antidotis, oleis, Emplaſtris atque unguentis.* Hic vero *de ſimplicium,* ſeu *herbarum* ſcripſit *Collectione.* His demum Monachos junge ſequentes, quos egregia poſteris *jatrica* conſignaſſe *volumina* ſcimus, THEOPHANEM, *introductorium in MEDICINAM, Richardum* CUNETIUM Carmelitam *de virtutibus herbarum, Ioannem* de INDAGINE Germanum, ordinis Carthuſianorum *de peſtilentia, Guilielmum* HOEMUM, Anglum Franciſcanum *de ſimplicibus medicinis,* RANUTIUM Epiſcopum Aruſienſem, *regimen contra peſtilentiam & epidemiam*; *Maximum* PLANUDEM vel PLANUDUM, vel PLANUDIUM, *de urinarum cognitione.* Cæteros tranſeo Monachos, omnes *Theologo-Medicos,* ut ALBERTUM *magnum* Ratiſponenſem Epiſcopum, ALBERTUM *alium,* BEYR nomine, Carmelitam, *BASILIUM VALENTINUM,* IOANICIVM, *Ioann.* GANIVETUM Franciſcanum, & alios qui *utiliſſimis artem ſcriptis nobilitarunt Medicinæ. Excell. Dn. D. Georg. Wolffg. WEDELIUS P. P. Univerſitatis Jenenſis in Exercitationibus Medico-Philologicis, Exercit. I. p. 1.* Inſigniſſimum eſt, *inquit,* Medicinæ præconium ſapientiſſimi DEMOCRITI: *OMNES HOMINES, inquientis,* artem Medicam noſſe oportere, & ex his maxime eos, qui eruditionis ac eloquentiæ cognitionem habent, *libro de natura hominis in initio.* Et *maxi-*

me Rever. Dn. Ioh. Gerhard MEUSCHENIUS *Eccleſiaſtes Aulicus & Conſiliarius Conſiſtorii Hanovienſis non ita* pridem *Petri a* Caſtro *Bibliothecam Medici eruditi* recudendam curaſſe, quin & ipſe *Bibliothecam Medici ſacri* addidiſſe fertur, ut anſam *THEOLOGIS* de conjungendo cum *THEOLOGIA PHYSICES* & *MEDICINÆ* ſtudio præberet. Qua de re ſibi etiam *B. D. Martinus* LUTHERUS & *B. Joh.* ARNDIUS (*quanti Theologi!*) perſvaſum habebant, quorum inſignem in phyſicis & chymicis notitiam ac experientiam facile quivis ex eorum libris poteſt perſpicere. Utut autem pauciſſimos ſtudioſorum Theologiæ reperias, qui ad ſuavisſimam *NATURÆ & SACRARUM LITERARUM* harmoniam animum advertant, ideoque *Phyſices* ac *Medicinæ* negligant ſtudium, nutu tamen divino ſapientiores ego ſemper ſequendos eſſe exiſtimavi, & data id faciendi opportunitate *utramque* diſciplinam *ſummo ſtudio* aggreſſus cum THEOLOGIA non infeliciter conjunxi. Neque enim tantum jamdudum mihi *commercio* doctiſſimorum in re Medica virorum, præcipue Nobiliſſimi Dni. *D. Joh. Salomonis* HATTENBACHII, *agnati mei*, Lubecæ, *ut &* Berolini *per triennium*, frui, ſed & per triennium integrum aliud *Botanicis* atque *Anatomicis* exercitationibus aſſidue intereſſe, *Diæteticum*, univerſum denique *curſum Medicum* audire, de *ſpecificorum remediorum* notitia & uſu informari, *Materiam Medicam* in pharmacopoliis noſſe, & *Chymiæ* fundamenta diſcere licuit. Uſus autem ſum inter alios etiam nobiliſſimi Dn. Sigismundi RICHTERI D. Medicinæ, & clariſſimi atque experientiſſimi Dni. Joh. Chriſtoph. ECKEBRECHTI *Pra-*

ſticorum Halenſium optimis inſtitutionibus. Neque ullis impenſis in coëmendis *optimis* & impreſſis & MStis libris *rarioribus* peperci, diurna verſans ecs nocturnaque manu, ne quid ſit, quod ignorem, mihimet, aliisque ad tuendam, recuperandamque ſanitatem proficuum. Quamvis autem, his præmiſſis, *falcem in alienam meſſem mittere* videri *nequeam*, in illuſtr. D. Georg. FRANCI de *FRANCKENAV PALINGENESIAM* ſcribens commentarium: Vobis tamen, Domini PATRONI, eum dedicandum eſſe cenſui, partim, ut meus qualiscunque labor VESTRO fruatur patrocinio, partim ut memorem in tot in me collata Veſtra beneficia præſtem animum. Quid enim TIBI, illuſtris atque Excellentiſſime Dne *THOMASI*, in *PHYSICIS* non debeo? Cum enim quondam in illuſtri Gymnaſio patrio, quod Gothæ floret, adoleſcens in *Thomaſianam*, h. e. Nobiliſſimi TVI *PARENTIS Phyſicam* audiſſem Dn. *M. J. Henr. RUMPELII* Selectæ claſſis Profeſſoris prælectiones, poſtea, cum ſtudia mea fuiſſem proſequutus, ipſe etiam mihi data occaſione autor fuiſti, ut, quæ *ſola primorum ſapientium Philoſophia* fuit, penitius ad *PHYSICES* adyta penetrarem. Ex quo enim de meliori nota *ESPAGNETI Phyſicam reſtitutam* mihi commendaſti, lectam adamare cœpi, relegendamque multo tempore poſt cum commodaviſti, majorem in modum accenſus ſum in id ſtudii genus, ut totus ei incumberem, animo manuque ſimul admotis. Nec ſatis erat, a Te me fuiſſe excitatum. Nam neſcio, quo me plus, quam paterno proſequutus adhuc fueris amore, quod ali-

quot

quot abhinc annis catalogum locupletiſſimum univerſæ Tuæ Bibliothecæ ultro perlegendumque, domique excerpendum offerres, ut, quicunque mihi libri arriderent, excerperem, ne, quid deſiderare ex ea poſſem, ignorarem. Quo factum eſt, ut Tua Benevolentia, Curioſiſſima Tua, tanquam mea, quotiescunque libuerit, particulatim in Muſeo meo adhuc utar Bibliotheca. Audito denique, quid in edenda hac PALINGENESIA molirer, *Excell. VINDICIANI, h. e. FRATRIS* germani *ELOGIUM* noſtri *AUTORIS*, unaque *libertatem* id ad *exornandum* librum *præmittendi*, & anſam dediſti, *noviſſe* Virum, qui typis exprimendum curaret. TIBI vero Excellentiſſime Domine STAHLI, quid non in *MEDICINA* debeo? Certe *MAXIMAM PARTEM.* Quamvis enim TVAS *in univerſum Curſum TVVM Medicum* prælectiones, iis, quibus docuiſti horis, (cum *Co-inſpectoris* Scholarum *Orphanotrophei REGII*, quod *Glauchæ* floret, tum temporis munere fungerer, (quod doluit,) audire nequiverim, in *eundem* tamen *Curſum TVVM* a capite ad calcem una cum quibusdam medicinæ ſtudioſis, nunc Ejusdem Doctoribus, juſſu Tuo & Licentia a Facultate medica conceſſa ſupra laudati Domini *ECKEBRECHTI* hactenus *Phyſici Staſſfortenſis* habitum collegium audivi. Nec reliqua mihi a TE auditoribus in calamum dictata collegia deſunt, nec libri editi. Innutrito itaque TVIS principiis, aditum ad TE, quotiescunque TE convenire volui, nunquam mihi præclu-

præcluſiſti. Neque etiam *conſilio* & *ope* mihi, meisque, in dubiis caſibus unquam deeſſe voluiſti. Valete meque Veſtra benevolentia porro proſequimini

ILLUSTR. ET EXCELL. VESTROR. NOMINUM

MORLÆ, prope Halam Magdeburgicam prid. Calend. Januarii. M DCC XVII.

Cultorem obſtrictiſſimum,

Jo. Chriſtianum Nehringium,

Paſt. Eccleſiæ Morlenſis.

BENEVOLO LECTORI

S. P. D.

JO. CHRISTIANVS NEHRINGIVS.

§. 1.

IN Rebus, lector benevole, quæ ſummum horrorem hominibus naturalibus afferre poſſunt, mortem eſſe terribiliſſimam, ex quibusdam antiquis idolorum cultoribus tam notum eſt, quam quod notiſſimum.

§. 2.

Nam ARISTOTELES *libro III. Ethicorum:* Φοβερώτατον, *inquit,* ὁ θάνατος. Πέρας γὰρ καὶ οὐδὲν ἔτι τῷ τεθνεῶτι δοκεῖ, οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε κακὸν εἶναι. *Mors maxime omnium rerum eſt horribilis: quippe cum terminus ſit: nihilque amplius homini mortuo, neque bonum neque malum eſſe videatur.* Sic ACHILLES *ap.* Euripid. in Iphig. Aulid. v. 1416. Ἄθρησον, *inquit,* ὁ θάνατος δεινὸν κακὸν, *conſidera, mors magnum eſt malum.* Et ARISTOPHANES, *in Ran. ac. 5. 3. v. 17.* θάνατος βαρύτατον κακῶν, *mors malum graviſſimum.*

§. 3.

SENECA *Epiſt. XXXVI. Mors quin habeat in ſe ali-*

 quid

quid terribile, ut etiam animos noſtros (quos in amorem ſui natura formavit) *offendat, nemo dubitat.*

§. 4.

M. T. CICERO *l. 5. de finibus c. 11.* quis eſt, aut quotus quisque, cui mens, mors cum appropinquet,

Non refugiat timido ſangvine atque exalbeſcat metu?

§. 5.

Et PLAVTVS in *Rudente Act. III. Scen. 3. v. 22.*

Acta hæc res eſt:
Certum eſt moriri, quam hunc pati graſſari leonem in me;
Sed muliebri animo ſum tamen, miſeræ ubi venit in mentem
Mihi mortis metus, membra occupat edepol.

§. 6.

Nec eſt, quod magnopere mireris. Nam plerique gentilium ſpem nec habent immortalitatis animæ, nec corporum ad æternam vitam reſurrectionis, & in hoc mundo ſunt *Athei.* 1. Theſſ. IV. 13. Eph. II. 12. Sap. II, 1. id quod videre eſt apud AESCHILVM *in Eumenide:*

Ἀνδρὸς δ' ἐπειδὰν αἷμ' ἀναπάτη κόνις
Ἅπαξ θανόντος οὔτις ἐς' ἀνάςασις.

Viri poſtquam ſangvinem hauſit pulvis
Semel mortui, nulla eſt reſurrectio.

Et apud Theocritum *Idyl. δ. v. 42.*

Ἀτροπὸν εἰς ἄδεα ἤνυσα
τὴν οὔπω τις ἐναντίον ἦλθεν ὁδίτης.

Iter feci ad inferos, per quos nullus retrorſum viator rediit.

Sic Admetus *ap.* Euripid. *in Alceſte v. 1076.* inquit:

οὐκ ἔςι τοὺς θανόντας ἐς φάος μολεῖν.

impoſ-

impoſſibile eſt, mortuos redire in vitam.
idque alii plures aſſerunt.

CHRISTIANORVM autem verorum tota fiducia eſt mortuorum reſurrectio, 1. Cor. XV. 12. ſqq.

§. 7.

Neque tamen ideo inficias quis ire poteſt, *ſaniores* gentilium ſibi & de animabus immortalibus & corporibus poſt mortem, cineres, & favillas, renaſcituris perſvaſum habuiſſe.

§. 8.

Nam de immortalitate animæ conſtat ex doctrina Metempſychoſeos, quam AEGYPTII ſtatuebant, ut Herodotus *in Euterpe vel libro* II. memoriæ prodidit, πρῶτοι δὲ καὶ τόνδε τὸν λόγον Αἰγύπτιοι εἰσι εἰπόντες, ὡς ἀνθρώπου ψυχὴ ἀθάνατός ἐςι. τοῦ σώματος δὲ καταφθίνοντος, ἐς ἄλλο ζῶον αἰεὶ γενόμενον ἐσδύεται. ἐπεὰν δὲ περιέλθῃ πάντα τὰ χερσαῖα, καὶ τὰ θαλάσσια, καὶ τὰ πτηνά, αὖτις ἀνθρώπου σῶμα γινόμενον ἐσδύνειν. τούτῳ τῷ λόγῳ εἰσὶ οἳ Ἑλλήνων ἐχρήσαντο, οἱ μὲν πρότερον, οἱ δὲ ὕςερον ὡς ἰδίῳ ἑωϋτῶν ἐόντι. τῶν ἐγὼ εἰδὼς τὰ οὐνόματα, οὐ γράφω. Quæ verba *Clariſſ.* Ioan. Schefferus *de natura & conſtitutione Philoſophiæ Italicæ ſeu Pythagoricæ c. V. p.* 24. ſic interpretatus eſt, male verſa a Valla, nec a Stephano emendata: *Primi quoque fuerunt* AEGYPTII, *qui dicerent, ANIMAM hominis eſſe IMMORTALEM. Si enim corpus interiret, eam in animal aliud, quod gigneretur, commigrare, ac poſtquam omnia & terreſtria, & maritima, & aeria eſſet pervagata, tandem reverti in humanum corpus. Atque ſunt ex Græcis, qui hanc doctrinam, tanquam ſuam, propoſuere, alii primum, alii poſtea, quorum licet ſciam nomina, prodere hic tamen nolo.* Addit interpres

l. c. poſtremis verbis vix eſt dubium, quin innuat PHERECYDEM, & ipſum PYTHAGORAM, velitque hanc ſententiam non habuisſe a ſeipſis, ſed Philoſophis Aegyptiorum.

§. 9.

Quod exiſtimaſſe etiam Porphyrius videtur, quando ſcripſit:- Φάινεται πρῶτος εις τὴν ἑλλάδα τὰ δόγματα πρώτος κομίσαι ταῦτα πυθαγόρας. πρῶτον μὲν ἀθάνατον ἔιναι τὴν ψυχὴν. ἔιτα μεταβάλλουσαν ἐις ἀλλαγένη ζώων. *videtur primus omnium* PYTHAGORAS *hæc dogmata in Græciam intuliſſe, primo, quod anima ſit immortalis, deinde quod diverſa animantium genera ſubeat.*

§. 10.

Qui tamen PYTHAGORAS cum recte ſenſerit de animarum immortalitate, explicatur & excuſatur etiam in doctrina de Metempſychoſi ab EVGENIO PHILALETHA, (qui eſt THOMAS de VAGAN Dno. D. Wedelio *in præf. ad Ejus introitum apertum ad occluſum Regis palatium*) dicente *in lumine de lumine p. 112.* Metempſychoſin quod attinet, multos de animabus errores peperit: PYTHAGORAS autem eam de arcanis magicis operationibus intelligebat. Ea enim ſignificat *ultimam* ejus, (Medicinæ ſ. Tincturæ phyſicæ) *metamorphoſin*, quæ fit *per elixir ſive temperatam* (auro) *medicinam.*

§. 11.

Neque vero etiam id a *Clariſſ.* Michaelis NEANDRI *in explicat. partium orbis terræ p. 63.* ſententia abhortet, quando per μετεμψύχωσιν illam Pythagoræam, intelligi ſtupendam atque admirandam (cui tamen aſſentiri

ſe

ſe negat) metallorum metamorphoſin non obſcure innuit.

§. 12.

Phocylides *in præceptis ſuis v. 110.* animam immortalem dicit, inquiens.

ψυχὴ δ' ἀθάνατος καὶ ἀγήρως ζῇ διὰ παντός.

Anima vero immortalis, & ſenectutis expers vivit ſemper.

Sic PLATONI etiam placuit, immortalem eſſe animam, & de corporibus ad corpora perpetuis vicibus migrare, teſtibus Laertio *in vita Platonis p. 204. ſq.* Et Plutarcho *de placitis Philoſophorum c. 7.*

§. 13.

Satis beatum eſſe etiam in *Phalaridis* tauro ſapientem credidit EPICVRVS, cum *apud Lactantium l. 3. c. 27.* ſapiens, *inquit*, ſemper beatus eſt; & vel incluſus in *Phalaridis* tauro hanc vocem emittet: ſuave eſt, & nihil curo. Conf. Ciceronem *in Tuſculanar.* II. & Auguſtinum *Epiſt.* LII. citatum *ab* Hug. Grotio *de veritate Relig. Chriſtianæ in not. ad. l. 7. c. 9.* De quo *Phalaridis* equo Carolus Stephanus *in Dictionario Hiſtorico p. 909.* voce *Phalaris* hæc ſcribit: PHALARIS, crudeliſſimus Agrigentinorum *tyrannus*, qui præter cætera novorum ſuppliciorum inſtrumenta, taurum habuit æneum, *Perilli* arte fabricatum, in quem immiſſi damnati, igneque ſubjecto, bovis mugitum edebant: cujus muneris nomine cum artifex non leve munus ſperaret, juſſu tyranni in taurum conjectus, primus artis ſpeciem præbuit: ipſe quoque Phalaris, cum nimia ejus atrocitas ulterius ferri non poſſet, facto in eum univerſorum civium impetu correptus, *ei ipſi tauro*, quo alios exuſſerat, *incluſus*, vivus crematus eſt.

§. 14.

BRACHMANES olim & nunc quoque ſtatuere tranſitum animarum de hominibus in beſtias, de beſtiis in hominem, autor eſt Philoſtratus *in vita Apollonii l. 3. c. 19.* conf. Maffejus *l. 1. rerum Indicar.* cit. Hug. Grotio *de ver. rel. Chriſtianæ. l. 2. c. 9. in notis.*

§. 15.

EORVM ſententiam hac de re exprimit Strabo *l. 5.* Νομίζειν, *inquiens*, μὲν γὰρ δὴ τὸν ἐνθάδε βίον, ὡς ἂν ἀκμὴν κυόμενον εἶναι. τὸν δὲ θάνατον, γένεσιν εἰς τὸν ὄντως βίον, καὶ τὸν εὐδαίμονα τοῖς φιλοσοφήσασι, *hanc vitam habendam eſſe quaſi recens concepti foetus ſtatum : mortem vero partum eſſe ad eam, quæ vere vita eſt, planeque beatam, iis ſcilicet, qui ſapientiam ſectati fuerint.*

§. 16.

ZOROASTRES Chaldæus quoque immortales eſſe animas, dixit inter alia:

ζήτησον παράδεισον.
Δίζεο σὺ ψυχῆς ὀχετὸν, ὅθεν, ἤ τινι τάξει
Σώματι θητεύσας, ἐπὶ τάξιν, ἀφ' ἧς ἐῤῥύης,
Αὖθις ἀναστήσεις, ἱερῷ λόγῳ ἔργον ἑνώσας.

Quære Paradiſum.
Quære tu animæ canalem, unde aut quo ordine
Servus factus ſis corporis, in ordinem, a quo effluxiſti,
Iterum reſurgas, ſacro ſermoni opus uniens.

Et: ψυχὴ ἡ μερόπων θεὸν ἄγξει πῶς ἐς ἑαυτὴν,
οὐδὲν θνητὸν ἔχουσα, ὅλη θεόθεν μεμέθυσται.
Ἁρμονίαν αὐχεῖ γὰρ, ἀφ' ἧ πέλε σῶμα βρότειον.

Anima mortalium Deum coget quodammodo in ſeipſam,
Nihil mortale habens, tota divinitus inebriata eſt.

Nam

Nam reſonat Harmoniam, ſub qua eſt corpus mortale. Thom. Stanleius *in hiſtor. Philoſ. orientali l. 4. p. 150. ſq. edit. Amſtelod.*

§. 17.

PLETHO *in expoſitione eorum, quae videntur obſcuriora in oraculis Zoroaſtris edit. opſopoei p. 25.* ait: οἱ ἀπὸ Ζωροάστρου μάγοι νομίζουσιν, ὥσπερ καὶ ἄλλοι συχνοὶ, τὴν ψυχὴν τὴν ἀνθρωπίνην, ἀθάνατον οὖσαν, ἄνωθέν τε καταιέναι, τῷ θνητῷ τῷδε σώματι θητεύσουσαν, ἤτοι ἐπί τινα χρόνον ἐργασομένην αὐτῷ, καὶ ζωῶσάν τε καὶ κοσμήσουσαν ἐκ τῶν δυνατῶν, καὶ αὖθις ἐνθένδε ἐκεῖσε ἀποχωρεῖν. *Magi, qui Zoroaſtrem ſectantur, cenſent, ut & alii multi, animam humanam immortalem de alto deſcendere, mortali huic corpori inſervituram, hoc eſt, ad aliquod tempus operam ſuam ipſi accommodaturam, & ipſum vivum effecturam, ornaturamque pro virili parte; mox eandem hinc retro, unde profecta eſt, ſeſe recipere. &c. conf. & PSELLUS in ſcholiis in orac. Chaldaica ibid. p. 66. ſq.*

§. 18.

DRVIDAS, Gallorum philoſophos, non interire animas, ſed ab aliis poſt mortem tranſire ad alios, atque hoc maxime ad virtutem excitari putare, ait Cæſar *l. 6. de bello Gallico c. 14.* Idemque Strabo *l. 4.* docet.

§. 19.

ARISTOTELES etiam animas *animalium*, velut *Leonis*, quamvis peccando receſſerint a mundo ſuperiori, non tamen corrumpi ſecundum ſubſtantiam, ſed penes accidentia ex Pythagora ſtatuit *Theolog. myſticæ l. 1. c. 3. p. 981.*

§. 20.

DE THRACIBVS Mela *de orbis ſitu l. 2. c. 2.* Alii *inquit*, redituras putant animas obeuntium: alii, etſi non

redeant, non extingui tamen, ſed ad beatiora tranſire; alii, emori quidem, ſed id melius eſſe, quam vivere. Et de iisdem C. Julius Solinus *in Polyhiſtore c. 16.* ex quadam naturalis ſapientiæ diſciplina concordant omnes ad interitum voluntarium, dum nonnulli eorum putant, obeuntium animas reverti, alii, non extingui, ſed beatas magis fieri. Quo de voluntario ſed impio interitu lege *etiam* Lactantium *l. 3. c. 18. & 23.*

§. 21.

Hinc mos ille lætitiæ ſignis funera proſequendi ortum habere his ſcriptoribus & Valerio maximo *l.1.c.6.n.12.* memoratus dicitur ab Hugone Grotio *de verit. relig. Chriſtianæ l. 1. c. 22. p. 80.* Adde Macrobium *l.2. in ſomn. Scip. c.3.p.161. qui,* Mortuos, *inquit,* ad ſepulturam proſequi oportere cum cantu, plurimarum gentium, vel regionum inſtituta ſanxerunt: Perſvaſione hac, qua poſt corpus animæ ad origines dulcedinis muſicæ redire credantur.

§. 22.

Memoratu etiam digniſſimum eſt, quod refert clariſſ. Henricus Salmuth *in notis ad Pancirolli l. 2. de rebus memorab. h. e. rebus recens inventis p. 14.* ANAXAGORAS ille Clazomenius cum Lampſaci procul a patria aliquando objurgaretur, quod reipublicæ & patriæ curam negligeret, vir alioquin generis gloria & fortunis clarus: *imo*, inquit, (digitum in cœlum intendens) *ingens mihi patriae cura eſt.* Namque cœli ſummi laribus animi immortalis ſedem ponebat: non ſecus atque PHERECYDES ille, PYTHAGORÆ Magiſter, qui animos hominum ſempiternos atque immortalem animam in Græcia primus, Servio Tullio Romanis imperante, docuit, & præfracte adſeveravit

c

e Philoſophis. Quæ ſententia jam olim etiam apud Magos, quorum præcepta nobiles quoque Philoſophos oblectarunt in Ægypto & Perſia, ut & apud Indos obtinuerat. BRACHMANVM enim, qui Indorum Philoſophi ſunt, placitum fuiſſe legimus: vitam præſentem credi oportere, veluti conceptum vitalem: mortem vero egreſſum ad veram felicemque iis vitam, qui recte fuerant Philoſophia imbuti. Et Theopompus *octavo Philippicorum libro*, juxta Magorum ſententiam ſcriptum reliquit, *revicturos aliquando homines, immortalesque futuros.* Ex quo manaſſe arbitror, ut DEMOCRITVS homines ſuſcitatum iri a morte ſtatuerit, nimium ſalſe nedum ſceleſte, a Plinio eo nomine deriſus, quia nondum ipſe reuixerit. *l. 7. C. 55.*

§. 23.

Locus ipſe Theopompi habetur *apud* Diogenem Laertium *initio l. 1. de vitis Philoſ.* qui: καὶ Θεόπομπος, *inquit*, ἐν τῇ ὀγδόῃ τῶν Φιλιππικῶν, ὅς καὶ ἀναβιώσεσθαι κατὰ τοὺς μάγους φησὶ τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἔσεσθαι ἀθανάτους, καὶ τὰ ὄντα ταῖς αὐταῖς διακλήσεσι διαμενεῖν. *Theopompus octavo Philippicorum, qui revicturos homines ex magorum ſententia tradit, immortalesque futuros, & omnia in ſuis iisdem ſemper manſura nominibus.*

§. 24.

SOCRATES, teſte Cicerone *de Amicitia p. 562. dicebat*: animos hominum eſſe divinos, iisque cum e corpore exceſſiſſent, aditum ad cœlum patere. Et PLVTRACHVS *de conſolat. ad Apoll. p. 110.* Concretum fuit, & diſcretum eſt, rediitque, unde venerat, terra deorſum, ſpiritus ſurſum: quid ex his omnibus iniquum eſt? Nihil.

TRAGICVS apud Philonem *libro, quod mundus ſit incorruptibilis* :

χωρεῖ δ' ὀπίσω τὰ ἐκ γαίας
Φύντ' ἐς γαῖαν, τὰδ' ἀπ' αἰθερίου
Βλαστάνοντα γῆς εἰς οὐράνιον
πόλιν ἦλθε πάλιν. θνήσκει δ' οὐδέν
τῶν γινομένων, διακρινόμενον
Δ' ἄλλο πρὸς ἄλλο μορφὴν ἰδίαν ἀπέδειξε.

Et *LVCRETIVS* canit:

Cedit idem retro de terra, quod fuit ante,
In terram: & quod miſſum eſt ex ætheris oris,
Id rurſum cœli fulgentia templa receptant.

§. 25.

Cui aſſentitur VIRGILIVS ab *apibus* ad omnia argumentans:

His quidam ſignis, atque hæc exempla ſecuti,
Eſſe apibus partem divinæ mentis, & hauſtus
Aethereos dixere: DEVM namque ire per omnes
Terrasque tractusque maris, cœlumque profundum,
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum,
Quemque ſibi tenues naſcentem arceſſere vitas.
Scilicet huc reddi deinde, ac reſoluta referri
OMNIA, nec morti eſſe locum; ſed viva volare
Syderis in numerum atque alto ſuccendere cœlo.

Civis Megapolitanus ex Arcadia, CERCIDAS nomine, moriens dicebat; ſe non ægre mortem obire: ſpectare enim ſe, conventurum ex Philoſophis *Pythagoram*, ex Hiſtoricis *Hecatæum*, ex Muſicis *Olympum*, ex Poetis *Homerum*, & hæc effatus vitam amiſit. Aelianus *l. 13. c. 20.*

SOCRATES *in Phædone* Platonis *p. 81.* uxoribus, liberisque

risque defunctis multi ſponte voluerunt ad inferos proficiſci, ſperantes, eos ibi videre, cum iisdem verſari, quos amaverant.

ANTIPHANES *in Aphrod. apud* Stobæum. *Ser. CXXIII. p. 617.* lugendi ſunt moderate conjuncti nobis olim amici, non enim mortui ſunt, ſed eandem viam, quam ingredi omnibus neceſſarium eſt, præiverunt. Nos etiam impoſterum in idem cum ipſis diverſorium veniemus, communem una RELIQVAM acturi vitam.

Seneca *Epiſt. XCIX.* quos amiſimus, ſequimur.
- - quem putas periiſſe, præmiſſus eſt.

§. 26.

Argumentari autem nos poſſe tanquam a majori ad minus, ab immortalitate animarum ad reſurrectionem corporum, illaque hanc probari, non fide tantum dignus, ſed ipſa veritas, *JESVS CHRISTVS*, aſſerit, contra *Sadducæos* ſolide probans reſurrectionem corporum argumento ab immortalitate animarum Abrahami, Iſaaci, & Jacobi defunctorum ſumto. Matth. XXII, 32. 34. Luc. XX. 37. 38. 39. 40. ex Exod. III. 6.

§. 27.

§. 27. Succedunt teſtimonia alia de ipſa reſurrectione mortuorum. De qua SIBYLLA *apud* Lactantium. *l. 7. c. 23.* ait:

Δύσπιστον γὰρ ἅπαν μερόπων γένος, ἀλλ᾽ ὅταν ἤδη
Κόσμου καὶ θνητῶν ἔλθῃ κρίσις, ἣν θεὸς αὐτὸς
Ποιήσει κρίνων ἀσεβεῖς θ᾽ ἅμα εὐσεβέας τε,
Καὶ τότε δυσσεβέας μὲν ἐπὶ ζόφον ἐν πυρὶ πέμψει,
Ὅσσοι δ᾽ εὐσεβέουσι πάλιν ζήσουσ᾽ ἐπὶ γαίης,
Πνεῦμα Θεοῦ δόντος, τιμὴν ἅμα καὶ βίον αὐταῖς.

Ver-

Verſio Romani codicis eſt: *Etenim difficile ad credendum omne hominum genus. Sed cum jam mundi & mortalium venerit iudicium, quod Deus ipſe faciet, iudicans pios ſimul & impios. Tunc demum impios quidem in ignem & tenebras mittet. Qui autem pietatem tenent, iterum vivent in terra, ſpiritum Deo dante honorem ſimul & vitam ipſis.*

§. 28.

Sic VIRGILII locum citat Lactantius *l. 7. c. 22.* Poetæ, *inquiens*, cum ſcirent, hoc ſæculum malis omnibus redundare, oblivionis amnem induxerunt, ne laborum ac malorum memores animæ reuerti ad ſuperos recuſarent: unde Virgilius: (*Aeneid. l. 6. v. 719.*)

O Pater, anne aliquas ad cœlum hinc ire putandum eſt
Sublimes animas, iterumque ad tarda reverti
Corpora? quæ lucis miſeris tam dira cupido?

Ignorabant enim, quomodo, aut quando id fieri oporteret. Itaque renaſci eas putaverunt, & denuo ad uterum revolui, atque ad infantiam regredi.

§. 29.

Idem Lactantius *l. 7. c. 23.* Melius, *inquit*, CHRYSIPPVS, *quem* Cicero *ait*, fulcire porticum Stoicorum; qui *in libris*, quos *de providentia* ſcripſit, cum *de innovatione Mundi* loqueretur, hæc intulit: τȣ́τȣ δὲ ȣ̓́τως ἔχοντος, δῆλον, ὡς ȣ̓δὲν ἀδύνατον, καὶ ἡμᾶς μετὰ τό τελευτῆσαι πάλιν περιόδων τινῶν ἐιλημμένων χρόνȣ, ἐις ὅν νῦν ἐσμὲν, καταστήσεσθαι σχῆμα. In Romano libro ita vertuntur: *Quod cum ita ſit, apparet, nil eſſe impoſſibile, & nos poſt exceſſum noſtrum, rurſus ſpatiis quibusdam revolutis temporum in hunc ſtatum reſtitui.*

SENECA *Epiſt.36.* Mors, *inquit*, quam pertimeſcimus, ac recuſamus, intermittit vitam, non eripit, veniet iterum, qui nos in LVCEM REPONAT Dies, quem multi recuſarent, niſi oblitos reduceret, & *Epiſt.* 102. Dies iſte, quem tanquam extremum reformidas, æterni natalis eſt.

§. 30.

Petrus Baylius *in dictionario hiſtorico-critico Gallice conſcripto voce DEMOCRITVS Tom. I. p. 1028. nota G.* probabile putat, *DEMOCRITVM* reſurrectionem promiſiſſe cadaveribus in melle ſepultis, idque concludit ex collatione PLINII & VARRONIS. Ait enim Plinius *l. 7. c. 55.* Similis & de aſſervandis corporibus hominum, ac reviviſcendi promiſſa a *Democrito* vanitas, qui non revixit ipſe. Quibus verbis reſpici putat ad *Locum* Varronis *in libro* περὶ ταφῆς, apud Nonium *voce* VVLGVS: quare HERACLIDES Ponticus plus ſapit, qui præcepit, ut (corpora) comburerent, quam *DEMOCRITVS*, qui, ut in melle ſeruarent; quem ſi vulgus ſecutus eſſet, peream, ſi centum denariis calicem mulſi (Des Meths) emere poſſemus.

§. 31.

Nec deſunt ſive vera ſive ficta exempla, quibus conſtat, futuræ corporum reſurrectioni GENTILES quosdam fidem adhibuiſſe. Agrippa *occultæ Philoſophiæ l. 1. c. 38.* refert, eſſe herbas quasdam, quibus mortui reuocentur ad vitam; unde Xanthus *hiſtoricus* narrat, *herba* quadam, nomine BALI, occiſum *DRACONIS CATVLVM*, vitæ reſtitutum a parente, eademque *TILLONEM* quendam, quem Draco occiderat, reſuſcitatum. *Et* Juba *refert*, in Arabia herba quadam HOMINEM revocatum ad vitam. *Hactenus* Agrippa.

§. 32.

Apud Julium Cæſarem Vaninum *Philoſophum in libro de admirandis Naturae arcanis dialogo 58. p. 452. ſq.* quidam loquens ita introducitur: ALCESTIM Peliæ filiam & Admeti *Phæreorum Regis* coniugem, e mortuis ad vitam reduxit HERCVLES. ERICHTHO Theſſalica malefica ad vitam revocauit MILITEM recenter occiſum, qui Pharſalici belli eventum *Sexto Pompejo* prædixit. APOLLONIVS *Thyannæus* emortuam PVELLAM vitæ reſtituit. ZACLA, Ægyptius ſacrificulus, mortuum cadaver reſurrexit. Nonne AVIOLAM virum conſularem, LVCIVM LAMIAM, C. ÆLIVM TVBERONEM, (Plin. *l. 6. c. 52.*) CORFIDIVM, GABIENVM & PLEROSQVE ALIOS defunctos reſurrexiſſe Plinius atteſtatur? Similiter ÆSOPVM fabulatorem, TINDOREVM, HERCVLEM, atque PALICOS Jovis & Taliæ filios, demortuos iterum revixiſſe legimus. Quid immoror? In Phygalia, Arcadiæ urbe, complures erant SACERDOTES, animarum, quæ vita functæ eſſent, avocatores. Quid plura? nonne divinus Plato refert, PHÆREVM PAMPHILIVM (is a Valerio Maximo *l. 8. c. 1. extern. ex. 1.* dicitur ERVS PAMPHILI) inter eos, qui acie ceciderant, decem diebus jacuiſſe, biduoque, poſtquam ſublatus eſſet, rogo impoſitum ſupervixiſſe. Julius Cæſar *Lucianus* reſponderet, fabuloſas eſſe has narratiunculas a mendacibus Græculis excogitatas, & ab hypocriticis Platonicis ſanctitatis fuco depictas &c.

§. 33.

Neque PLATO ipſe reſurrectionem impoſſibilem credidit, cum ERI Armenio id eveniſſe ſcripſerit *de republica X.* qui

X, qui locus transſcriptus Euſebio *præparat. Evang. l. XI. c. 35.* Hiſtoriæ autem ipſius memoria eſt apud Valerium Maximum *l. 1. c. 8. exemplo externorum primo:* ERVM Plato ſcribit inter eos, qui in acie ceciderant, decem diebus jacuiſſe, biduoque, poſtquam inde ſublatus eſſet, impoſitum rogo revixiſſe, ac mira quædam tempore mortis viſa narraſſe. Legitur quoque in *protreptico* quod eſt *inter* Juſtini *opera;* apud Clementem Alexandrinum *Stromat. V.* apud Originem *l. 2. contra Celſum;* apud Plutarchum *Sympoſiακῶν* IX. 5. apud Macrobium *l. 1. ad ſomnium Scipionis.*

§. 34.

Heraclides *Ponticus*, idem refert de MVLIERE quadam. Ejus erat liber de ἄπνυ, cuius meminit Diog. Laertius *in proœmio & Empedocle* & Galenus *VI. de locis affectis.* Cicero *Tuſculan. quæſtionum l. 5.* ſcripſit: MVLIEREM quandam ſeptem diebus exanimem, ad vitam fuiſſe revocatam. De quo & Plinius *l. 7. c. 52.* ſic: Nobile illud apud Græcos columen Heraclidis ſeptem diebus FOEMINÆ exanimis ad vitam revocatæ. At Laertius *in Empedocle*, 30. dies ei tribuit; *l. 7. c. 52.* qui Empedocles eam vitæ reſtituiſſe traditur apud Laertium *l. 8.*

§. 35.

ARISTEAM, ſive ARISTÆVM Proconneſium verſificatorem ex morte revixiſſe, autor eſt Herodotus *in Melpomene ſ. lib. IV. p. m. 361. ſeq.* ARISTÆVM, ajunt, qui nullo ſuæ civitatis eſſet inferior genere, ingreſſum in Proconneſo fullonicam officinam deceſſiſſe; Fullonemque occluſa officina, abiiſſe denunciatum rem propinquis defuncti. Diſ-

 ſipa.

ſipatoque jam per urbem rumore, ARISTÆVM eſſe vita functum, ſuperueniſſe ſermoni hac de re diſputantium quendam Cyzicenum ex vrbe Artacia profectum, qui diceret, ſeſe fuiſſe congreſſum cum Ariſtæo apud Cyzicum, atque collocutum. Et cum id iſte contendendo aſſeveraret, propinquos mortui ad fulloniam præſto fuiſſe, habentes, quæ ad efferendos homines expediunt: Aperta domo, ARISTÆVM nec vivum apparuiſſe nec mortuum: ſeptimoque deinde anno, cum in Proconneſo apparuiſſet, eos *verſus* feciſſe, qui nunc a Græcis *Arimaſpei* vocantur: quibus conditis, rurſus evanuiſſe: Hoc iſtæ civitates commemorant: quod ſcio congruiſſe cum Metapontinis, qui ſunt in Italia, trecentis & quadraginta annis poſtquam iterum evanuit Ariſtæus, quemadmodum conjiciens, & in Proconneſo & apud Metapontinos inueni. &c. Ejusdemque rei meminit Plutarchus *in Romulo p. m. 22.* ARISTEAM in fullonis taberna vitam perhibent finiſſe, corpusque eius, cum neceſſarii adeſſent ad id auferendum, ex conſpectu raptum ac quosdam, qui modo peregre venicbant, affirmaſſe, Ariſteæ ſe occurriſſe Crotonem tendenti. Add. Heſychius *de Philoſophis &* Plinius *l. 7. c. 52.*

§. 36.

THESBESIVM delapſum ex faſtigio quodam in colſum, ſola ex colliſione ſine vulnere expiraſſe, ac tertio die in ipſis iam exequiis revixiſſe, prolixe Plutarchus *de tarda Dei vindicta p. m. 369.* refert.

§. 37.

ANTILLVM quoque revixiſſe poſt mortem Plutarchus

chus ſcripſit *l. 1. de anima,* quem locum nobis ſervavit Euſebius *præpar. Evang. l. XI. c. 36.* & Theodoretus *ſermone XI. cit.* Grotio *in notis ad ſuum de veritate relig. Chriſt. l. 7. §. 7. p. 101.*

§. 38.

ZOROASTREM Chaldæum die ab interitu duodecimo jam rogo impoſitum revixiſſe Plato memorat *apud* Euſebium *de præpar. Evang. l. 13. c. 13.* cit. Clariſſimo Erneſto Salom. Cypriano *in Analectis ad l. 2. §. 7.* Hugonis Grotii *de verit. relig. Chriſtianæ.* *SERAPIS* mortuos etiam reſuſcitavit. Ariſtides *orat. in Serapim.*

ISIS immortalitatis *pharmacum* inveniſſe dicitur, quo filium ORVM, Titanum inſidiis oppreſſum & mortuum in aquis inuentum reddita anima in vitam reduxit, Diodorus Siculus *l. 1. Biblioth. c. 25.* Qua de medicina forſitan agit Iamblichi locus de myſteriis Ægyptiorum p. m. 133. verſ. Latinæ. Arcanis ſermonibus credendum eſt teſtantibus ex deis per beata ſpectacula QVANDAM traditam fuiſſe MATERIAM. HÆC igitur illis ipſis TRADENTI eſt COGNATA. conf. Philaletha *in anima magica abſcondita p. 67.* & in Anthropoſophia Theomagica p. 37.

§. 39.

Quæ ſive *vera*, ſive *falſa* ſint, ut cum *Cl.* Grotio *l. c.* loquar, oſtendunt opinionem eruditorum de reſurrectione tanquam poſſibili.

§. 40.

Poſſibilitatem etiam reſurrectionis carnis CABBALISTÆ mirifice docere conantur. Qua de re Agrippa *l. 1. c. 20. de occulta Philoſophia*: Eſt in humano, *inquit*, cor-

pore OS quoddam minimum, quod Hebræi LVZ appellant, magnitudine ciceris mundati, quod nullis corruptionibus obnoxium, nec igne quidem vincitur, ſed ſemper conſervatur illæſum: Ex quo (ut dicitur) velut planta ex ſemine in reſurrectione mortuorum corpus noſtrum animale repullulaſcet. Et hæ virtutes non declarantur oratione, ſed experientia. Idem ex Agrippa refert *Clariſſ.* MICH. NEANDER *in Phyſic. P. II. p.* 149.

§. 41.

Eodem de myſterio EVGENIVS PHILALETHA *in Euphrate p. m.* 35. *ſq.* ait: Es werden (wie Lullius ſaget) alle Cörper in Dünſte reſolviret/ daß ſie zu einer neuen Gebuhrt geſchickt werden. Dieſes erinnert mich einer Meynung/ welche ich weiland in denen Cabbaliſten geleſen/ nemlich/ daß dieſer Leib/ welchen wir durch Anziehung und Verwandelung der Nahrung und Speiſen angenommen/ in der Aufferſtehung nicht herfür komme/ ſondern/ daß aus demjenigen Saamen/ welcher anfänglich die Nahrung an ſich gezogen/ ein neuer Leib hervorkommen ſolte/ und dieſer Saame liege/ ſagen ſie/ an einem Orthe in den Beinen/ und nicht in dem Theile/ welches zu Staub und Aſchen wird. In Wahrheit wir ſehen/ daß die Beine ſehr dauerhafft ſeyn/ welches auch Joſeph gewuſt; denn als er in Egypten ſtarb/ befahl er ſeinen Brüdern Gen. cap. 50. v. 25. führet meine Gebeine von hinnen. Wir wiſſen auch/ daß die Iſraeliten in Egypten faſt 400. Jahr nach Joſephs Tode Knechte geweſen/ doch ſind ſeine Gebeine noch unverweſen ins Land Canaan geführet worden/ wie Moſes geſchrieben hat. Gewißlich/ wenn wir es recht bedencken/ ſo müſſen wir bekennen/ daß dieſer Saame unſere anfängliche Materie ſey:

das

das übrige aber nur ein Zuwachs/ welcher von Speiß und Tranck entſtehet. Was haben wir denn nun vor Verluſt in Ablegung dieſes Zuſatzes: Denn kan uns nicht derjenige/ der uns aus dem Saamen zuerſt gemachet hat/ daraus wieder erwecken? von dieſer Meynung iſt meines Erachtens der Apoſtel Paulus nicht ſo gar ferne/ welche er zu den Corinthiern ſaget. 1. Cor. XV, 37. ſqq. Du Narr/ das du ſäeſt/ wird nicht lebendig/ es ſterbe denn/ und das du ſäeſt/iſt nicht der Leib, der werden ſoll/ ſondern ein bloß Korn Weitzen oder ein anders/ GOtt aber giebt ihm einen Leib/ wie er will/ und jeglichem von dem Saamen ſeinen eigenen Leib. Und hier haltet mich entſchuldiget/ ihr eifferigen Leſer: Denn ich gebe dieſes nicht vor meine Meynung aus/ ſondern vor eine tradition der alten Juden/ welche doch weyland ein ſehr verſtändig Volck waren/ und mehr von GOtt und der Natur wuſten/ als andere Nationen.

§. 42.

Et HORNBEECK *contra Judæos l. 8. c. 5. p. 556.* oſſiculum, *inquit*, dicunt rore quodam coeleſti molliendum & extendendum ad inſtar fermenti, quod in totam ſe maſſam diffundit, vel quemadmodum granum aliquod tritici in criſtam ſe exporrigit.

§. 43.

Manaſſes *Ben* Iſrael optime hanc rem deſcribit *de reſurrectione l. 2. c. 15.* Ajunt, in ſpina dorſi aliquod oſſiculum eſſe, quod nunquam pereat: Ex iſto oſſiculo ſolo poſt interitum & annihilationem omnium aliarum partium, dicunt, hominem inſtauratum, reſtitutumque iri in reſurrectione mortuorum, iuxta illud, quod in *Bereſit Raba Paraſ. 28.* legitur; Adrianus, (cuius oſſa comminuantur) quæſivit ex R. Jeoſuah

Jeoſuah, *filio*, Hanina: Vnde Deus benedictus germinare faciet hominem in futuro ſæculo? Reſpondit ille: ex לוז LVZ ſeu oſſiculo ſpinæ. *Rurſus alter*: vnde noſti hoc? da mihi illud, *inquit ille*, oſſiculum, & te docebo. Contudit illud in mola, ſed non tuſum eſt; Conjecit in ignem, & non conflagravit; Conjecit in aquam, & non attritum eſt; impoſuit incudi, malleoque cecidit, ſed ne hilum comminutum eſt: Imperator Romanus, ſive, quod rideret reſurrectionem mortuorum, ſive, quod audiverat, aliquod incorruptibile oſſiculum eſſe in corpore humano; cupiditate ejus ſciendi, vel, quia, uti veriſimilius eſt, hæſitabat ob difficultates eas, quas jam recenſuimus; quæſivit ex R. Jeoſuah, filio Hanina, unde & quomodo reſtituerentur mortui, quorum membra tam longe lateque diſperſa eſſent ac diſſipata? reſpondit illi R. Jeoſuah: ex oſſiculo ſpinæ dorſi, appellato Luz, quod incorruptibile eſt. Qui cum non poſſet facile adhibere fidem, experimento ei oſtendit, ita eſſe. *Hæc opinio*, ſi quid antiquis credimus, non improbabilis eſt. Iſtud enim oſſiculum tale eſt, ut nequeat interire, quamvis hodie NVLLVS SIT, QVI ILLVD NOVERIT. Sunt, qui arbitrentur, DAVIDEM hujus oſſiculi mentionem facere, cum ait: *cuſtodiens OSSA eius, VNVM ex eis NON CONSVMPTVM EST.* Pſalm. XXXIV, 21. Hæc ille. לוץ *Luz*, ſignificat *riſit*, irriſit, deriſit, luſit, illuſit, cavillatus eſt Prov. 9. 12. Hiph. הֵלִיץ riſit, deriſit Prov. 19, 27. interpretatus eſt, ratiocinatus eſt. Job. 33. 33. Nom. לֵץ deriſor, homo, qui verba irriſionis & ſubſannationis loquitur. Pſ. I, 1. לֵצִים Vox hæc Hebraica infert ſuperbiam, ut Prov. 3, 34. id eſt, reſiſtit ſuperbis Jac. 4. 6. Eduardus Leigh *in criticis ſacris Veteris Teſtamenti p. 206.* *Luz* igitur oſſiculum illud vocatur,

quia

quia omnia *irridet*, quæ vim ipſi inferre conata fuerint, ſemper illæſum manens ab igne, aere, aqua, terra, omnique a violentia.

§. 44.

PHARISAEI metempſychoſin ac reſurrectionem mortuorum contra Sadducæos credebant, alii omnium, alii bonorum tantum, alii bonorum, & partis malorum. Ioſephus *l. 18. Antiq. c. 2. & libr. 2. c. 7. de bello Judaico.* Epiphanius *in Panario l. 1. c. 16.* Actor. XXIII, 8.

§. 45.

CABBALISTAS Judæorum etiam metempſychoſin ſtatuere, ex qua immortalitas animarum conſtat, ELIAS *Levita* in THISBI voce גלגול autor eſt, cum ait: Cabbaliſtarum opinio eſt, ANIMAM (ADAMI) PRIMI HOMINIS volvendo perveniſſe in corpus DAVIDIS regis, & ex DAVIDE volvendam in corpus MESSIAE: idque ſignificari per litteras, quæ ſunt in voce אדם quorum unaquæque integram dictionem conſtituat. א Adam, ד David, מ Meſſias. Hactenus ille. Ne dicam de R. Jizjak Lorjah, qui integrum tractatum *de revolutione animarum* ſcripſit, inſertum *Cabbalæ denudatæ Domini* Chriſtiani *de* Roſenroth.

§. 46.

Magis adhuc admiratione *dignum* dicam, an *dolendum*, etiam inter CHRISTIANOS reperiri, qui, quod obiter notandum, μετεμψύχωσιν crediderit & docuerit, Franciſcum Mercurium HELMONTIVM, Nobilem, *in diſcurſibus*, quos vocat, *Paradoxis*, *Anglice*, *Belgice*, *ac Germanice in lucem editis*.

§. 47.

SADDVCÆI vero nullam reſurrectionem credebant Joſeph. *l. 18. c. 2. Antiq. Judaicar. & l. 2. c. 7. de bell. Jud.* conf. *Matth. 22, 23. Actor. 23, 8.* Cujus quidem opinionis aſſeclas illi ſemper habuerunt, & habent etiamnum omnes NOVOS SADDVCÆOS, hoc eſt IMPIOS. Sap. II. 1. ſqq. vt & *Simonianos, Saturnianos, Baſilidianos, Carpocratianos, Valentinianos, Marcitas, Ophitas, Cajanos, Sethianos, Archonticos, Cerdonianos, Marcionitas, Apellitas, Sererianos, Bardeſaniſtas, Heracliſtas, Seleucianos, Herminianos, Proclianos aliosque*, ſi fides habenda eſt Danæo *in Indice III. ad librum* Auguſtini de *hæreſ.*

§. 48.

Inconcuſſa tamen manet RESVRRECTIONIS mortuorum VERITAS, quæ ſatis clare fundata eſt in ſcriptura ſacra Job. 19, 25. 26. Eſ. 26, 19-21. Ez. 37. 5. ſqq. Dan. 12, 2. 3. Ioh. 5, 25. ſqq. c. 6, 39. 40. 54. c. 11, 25. 1. Cor. 6, 14. 1. Cor. 15. tot. 2. Cor. 4, 14. 1. Theſſ. 4, 17. Ap. 20, 12. 13. ne dicam *de vere Chriſti ipſius aliorumque* typo noſtræ ἀναςάσεως jam facta reſurrectione, de qua *in ſyſtematibus Theologicis* prolixius agitur.

§. 49.

Inter alia vero argumenta, quibus orthodoxe illud myſterium vel probamus, vel illuſtramus, quædam etiam ſunt, ut *verbis* Max. Rev. νῦν ἐν μακαρίοις D. Joh. Guilielmi Bajeri *in Compendio Theologiæ Hiſtoricæ Loc. XXI. §. 2. p. 693.* utar, *ſpeciatim* deſumta *ex corporibus cœleſtibus, ex creaturis ſublunaribus, vegetabilibus, & ſentientibus, & quæ in ipſo* *homi-*

homine occurrunt,aut ab *IPSO ARTIS BENEFICIO* perficiuntur.

§. 50.

Sic AGRIPPA poſt alia publice adminiſtrata munera Archiater Aloiſiæ Duciſſæ d' Anjou Franciſci I.Regis Gall. Matris, ſingularis fautor & amicus LVTHERI noſtri, (ut ex ejus Epiſtolis patet) *in occulta Philoſophia l. 1. c. 38.* egregie reſurrectionis myſterium ex natura illuſtrat, cum: MVSCÆ, *inquit*, ſubmerſæ ſi ponantur in cineribus tepidis,reviviſcunt, & APES ſubmerſæ ſimiliter vitam recuperant in ſucco nepetæ;& ANGVILLÆ, defectu aquæ mortuæ, ſi,corpore integro exiſtente,ponantur ſub fimo in aceto, & addatur de ſanguine vulturis, poſt paucos dies omnes recuperant vitam. ECHENEIM, ſi quis in fruſta diſcerpſerit, & in mare projecerit, paulo poſt partes convenire & reviviſcere ajunt. Scimus quoque PELLICANVM necatos pullos ſuos revocare ad vitam proprio ſanguine.

§. 51.

Ne quis vero putet relata ſolum referre hunc Polyhiſtora æque ac ſummum Naturæ myſtam, paulo ante *c. l.* dixit:*poſſe autem fieri in cæteris animantibus*, CERTVM ET MANIFESTVM EST.

§. 52.

ARISTOTELES *de mirabilibus auſcultationibus p. m. 1541.* ait: In Sicilia ferunt aquæ vorticem eſſe, in quem merſæ AVES, reliquaque animantia ſuffocata, vitæ reſtituuntur. ALPHORA *primum* vermis,*poſtea* in piſcem tranſit, rurſum, ſi tabe aliqua conſumatur, is piſcis extra aquam ſe recipit, & collapſa omni carne ad caput vsque & oculos,

ſi in aquam remittatur, corpus, quod fuerat abſumtum, carne rurſus veſtitur, velut renovatum, imo potius renatum. Mirum hoc reſtauratum corpus longe vivacius eſſe, quam ſi incorruptum ſemper fuiſſet. Albertus Magnus *l. 24. de Animali* Alphora. His ſubjicit Cauſſinus *in Polybiſtore l. 8. c. 11. quid* aptius in corporis reſurrectionem dici poteſt? qua non modo corpora reſurgent, ſed pulchriora, & omni ex parte beatiora reſurgent.

§. 53.

Quid *divinæ artis* beneficio, quam *CHIMIAM* vocant, perfici poſſit, ad illuſtrandam *NOSTRAM RESVRRECTIONEM*, non poſſum non adducere adhuc verba memoratu digniſſima B. Dni D. Sebaſtiani Godofredi Starck *Paſtoris & Superintendentis Freybergenſis in concione funebri ſuper Iob. XIX. 25. habita anno 1666. d. 30. Iunii in memoriam Stephani von Sutphen, Medici & Chirurgi*, quæ in vernacula ſic habent: wir können auch die Aufferſtehung der Todten abnehmen aus Bildern und Bluhmen. Kan unſer GOEL (JESUS CHRISTUS) ein erſtorbenes Blühmlein ſo lebhafft und ſchön wieder vorſtellen/ warum ſolte es ihm denn unmüglich ſeyn an den Menſchen dergleichen zu thun/ und ſie aus den Gräbern lebhafftig wiederum hervor zu hohlen? wer in der CHYMIE erfahren iſt/ kan ihm die Aufferſtehung der Todten leicht einbilden. Ein Chymicus nimt eine Roſe/ und brennet ſie zu Pulver/ thut ſolch Pulver oder Aſchen in ein Gläßgen/ und ſetzt es damit ein wenig an die Wärme/ ſo ſteigt das Pulver allmählig auf/ und bekommt die vorige Geſtalt ſo ſchön wieder/ daß man die rechte Roſe da ſehen kan. Kan nun ſolches ein ſterblicher Menſch

durch

durch ſeine Kunſt zu wege bringen/ ey nun/ was wolte denn Chriſtus nicht thun können/ nach der Würckung/ damit er kan auch alle Ding ihm unterthänig machen? Phil. III, 21.

§. 54.

Vt ut igitur difficilis creditu ſit ἡ ἀνάστασις corporum humanorum *vel a piſcibus* deglutitorum Gen. VII, 21. igne conſumtorum, Gen. XIX, 24. a beſtiis 2. Reg. II. 24. a *cane* c. IX. 36. a *Leonibus* devoratorum Dan. VI, 24. vel in *terra,* matre omnium, *putrefactorum,* crebraque e ſepulcris ſuis ejectione cum aliis oſſibus humanis *permixtorum*, vel lapideſcentium, vel a *vento* per orbem terrarum, iis in cineres vel pulveres redactis *diſperſorum*, NIHIL TAMEN DEO EST IMPOSSIBILE, ut, quæ promiſit, faciat, ſicuti jam olim fecit. Improbe enim Plinius *l. II. c. 7.* Nec Deus, *inquit*, poteſt mortales æternitate donare, aut revocare defunctos.

§. 55.

Idque quo minus nobis ſit incredibile, eius etiam veſtigia in natura dedit DEVS, & per naturam & artificia ab ipſo, *ſolo artium inventore*, edoctorum hominum manifeſtum eſſe juſſit.

Huc ſpectat, *Excellentisſimum & Nobiliſſimum Dominum* Georg. Andr. AGRICOLAM, *Philoſ. & Medic. D. atque Phyſicum ordinarium* RATISBONENSEM in dem Verſuch der Univerſal Vermehrung aller Bäume/ Stauden- und Bluhmen-Gewächſe/ elegantiſſimo libro recens edito, (quamvis ab illuſtris Autoris noſtri ſententia paululum abhorruiſſe, EJUSQVE PALINGENESIAM ὡς ἐν παρόδῳ refutare voluiſſe videatur, atque tamen, uti confido, multiplici Variorum, quæ nunc in commentario meo adducta eſt, experientia obſtante poſthac noluerit) παλιγγενεσίας tamen plantarum bina non ſpernenda cum erudito orbe communicaſſe documenta. Nam p. 68. duos proceſſus eadem de re ex PROMOTORIS, *Equitis de* Orthopherra *Theoſophiſchen* Wunderſaal *p. 53. ſq.* fere cum experimento Auguſtiſſimi FERDINANDI III. Cæſaris & KIRCHERI conſentientes, ideoque a me jam non addendos inſeruit. Verum tamen ad illuſtrandum Autoris noſtri non tantum CAP. *XIX.* ſed & CAP. *XLIV.* in quo DE ADHVC MVLTIS INVENIENDIS agitur, excerptum præcla-

rum EJVS, idque per orbem terrarum celebratiſſimum MVLTIPLICATIONIS *Arborum* ARCANVM (cujus jam *infra in Commentario ad Cap. XIX. §. 35. ſq. p.* 138. facta eſt mentio,) quo & celeberrimus Autor *de omnibus Naturæ æmulis* optime meritus eſt; iis, quæ ad ſcopum meum non faciunt, omiſſis, adjiciendum putavi. Dubito enim, IPSVM ægre eſſe laturum, cum & ipſe toti EVROPÆ cogitata ſua & experientia comprobata ſponte ſua & gratis patefecerit, & ab omni invidia alienum ſeſe oſtenderit, ego vero in EIVS laudem maximam atque in *ſolius noſtri* AVTORIS gratiam, qui & EJVS quondam PATRONVS & PRÆCEPTOR fuit, commodo id hoc loco inſeruerim. Inter alia itaque plura *p. 152. de ſuo multiplicationis arcano* laudatiſſimus Dn. D. Agricola ſic loquitur:

Verſuch/ wie man mit Zertheilung der Wurtzel eine *Vniverſal* **Vermehrung anſtellen ſoll.**

primis ſtatim a vitæ Academicæ ingreſſu menſibus ſibi promeritus, quam *Chriſtophorus Philippus Richterus*, anteceſſor ſpectatiſſimus, idemque Cæſareæ Aulæ ac Palatii Lateranenſis Comes, lubens contulit juveni, in pangendis vernaculo, Græco, Latino itemque Hebraico idiomate carminibus mire prompto atque expedito, cujus generis jam plura dederat in Gymnaſio patrio ſpecimina, ut extemporali facilitate, nativoque verſuum lepore palmam faceret dubiam omnibus, qui certamen hac de re auſi eſſent ſuſcipere. Hoc inſigni capitis ingenui ornamento initiatus, felicioris porro genii ductu ad ſublimiora ferebatur noſter, animo ad ſalutaris ſcientiæ ſtudia cumprimis rapto, quod moribus ſuis ac vitæ rationi judicaverat convenientiſſimum, qua in re neutiquam fefellit eum eventus, & omnia ſane videbantur favere inſtituto laudatiſſimo, quod miro ardore atque induſtria proſequebatur. Præterquam enim quod reverendus Canonicorum in Eccleſia patriæ cathedrali cœtus per triennium ad perficienda hæc ſtudia ſumptus liberaliter ſubmitteret, iis utebatur tum artis medicæ, famulantiumque illi diſciplinarum Doctoribus, quorum nomina hodie etiam aures diſcentium perſonant, & ſcripta omnium manibus verſantur. Facile intelligent, qui hæc legendo attingunt, de *Guernero Rolfincio* eſſe ſermonem, omnem artis ambitum diffuſis quidem, ſed accuratis, voluminibus complexo; de *Gothofredo* item *Mœbio*, conciſo magis, neque tamen minus perſpicuo ſcriptore; de *Joanne Theodoro Schenckio*, humorum præcipue noſtri corporis doctrina incluto; deque *Joanne Arnoldo Fridericio*, præclaris ac duraturis operibus famam promerito. Nihil ingero de *Caſparo Poſnero*, naturalis Philoſophiæ diſertiſſimo explanatore, nihil de ceteris ex ordine philoſophico luminibus, quorum ſtudio factum, ut magis cotidie in artes medico neceſſarias accenſus animus miris utique modis effervеſceret.

His egregiis & laudem omnem ſupergreſſis magiſtris junctus, nunquam fere a latere poterat amoveri; hos ſectandos ſibi judicabat tam in publicis acroateriis docentes, quam

ſcho-

ſcholis privatis interiora ſcientiæ adyta pandentes myſterio-rum cupidis. Neque habebat difficilem ad hos aditum, ſed planum omnino atque expeditum, ideo quod viam paraverat inſatiabilis illa diſcendi cupido, cum ſuaviſſima morum modeſtia & comitate conjuncta, quibus omnium adeo mentes tanquam beatioris naturæ lenocinio ad ſe trahere ac in ſui amorem pellicere ſolebat. Itaque eos ex aſſiduo hoc cum viris in quovis doctrinæ genere eminentibus commercio fructus collegit ac retulit, ut cum animi reficiendi cauſſa ad vicinas in Germania Academias iter expediviſſet, mox a reditu in Salanam dignus fuerit declaratus ſuffragiis procerum, cui Botanicas, Anatomicas, Chemicas, & quas vellet alias de hoc cenſu ſcholas aperiundi licentia benevole liberaliterque decerneretur. Hac ratione quos commilitones habuerat in palæſtra Iatrica, eosdem nunc auditores experiebatur, neque magis proficere ingenia diſcendo ſentiebat, quam ubi docendi auſpicia capiunt, eorumque, quæ pronis auribus imbiberunt, in alios transferendorum faciunt pericula. Hiſce ac ſimilibus exercitamentis exactum in Academia triennium, quo elapſo ſuaſu hortatuque patronorum ad Alſatos proceſſit, Argentinam præcipue diligens, quam elegantiſſimam Machaoniæ gentis nutriculam ſibi ac Muſis ſuis propitiaret. Eo tempore præerat cœtui Academicorum *Balthazar Bebelius*, immortalium in puriorem Chriſti Eccleſiam meritorum Theologus, antiquitatum ac hiſtoriarum ſacrarum apprime gnarus, controverſiarum perſpicax diribitor, in diſputando acer, lenis in docendo & ad omnem ingeniorum vim plane compoſitus. Hujus auctoritate nitens *Francus*, quod Jenæ occœperat, heic pariter ore diſerto & calamo, ad miraculum pene fecundo, laudabiliter proſequebatur. Utriusque fori, philoſophici puta & medici, ſubſellia pariter atque cathedræ ab hoc uno frequentiſſima induſtria premebantur, ut raræ præterirent hebdomades, quæ pugnantem noſtrum aut amicæ diſceptationis tela excipientem detorquentemque non viderent, ejusque in hac palæſtrice exercitatiſſimo genio applau-

de-

derent. Neque clinicis opem denegabat, ubi occaſio eſſet, ea, quæ abs mutis pariter ac ſpirantibus oraculis perceperat, in uſum ducendi ac ſolatium male affectorum. Igitur jam omnia conſpirabant in honores capiti huic, de ſtudiis deque turba ægrotantium tam præclare merito, majorum more conferendos. Cui rei tametſi ſupervacuum pene videretur ejus in arte profectus privatim explorare, cujus eſſent publica, & omnium linguis extollerentur, ingenii ac doctrinæ ſpecimina; tamen ne quidquam præter morem & inſtituta magiſtrorum heic accideret, ſubeundum erat ſine diſcrimine decretorium certamen, & cum veteranis in hoc amphitheatro athletis cominus congrediendum manibus poſt velitationem arctius conſertis ad pugnam animoſiorem. Ex hac arena perinde diſceſſit laude ac præconiis procerum mactatus, & brabeum reportavit promeritam utique ſupremi honoris in arte ſalutari lauream, poſtqnam de pleuritidis curatione inaugurale thema maſcule, nec præſidiario ſub clypeo latitans, fuiſſet in magna auditorii frequentia tutatus. Honorum diſpenſatorem egit *Melchior* ille *Sebizius*, magnum & memorabile præ ceteris nomen, & canitie non minus quam perpetua in artis operibus felicitate venerandum, cujus eam præcipue ob rem commendatur medicandi ratio, quod a ſesquipedalibus fere abhorrens præſidiorum formulis, ea duntaxat adhibere docuerit, quæ ſimplicitate placerent, & longo certoque uſu comprobata cenſerentur. His exornata præmiis fama viri, ad præclara quævis nati, non inter eruditos modo & umbratico vitæ generi deditos conquieſcebat; ſed Principum aulas & Magnatum palatia attingebat, ſicque ſumma jam præmonſtrabat honorum ac dignitatum culmina, ad quæ poſthac evectum conſpexit orbis literarius. Sereniſſimus Elector Palatinus CAROLVS LVDOVICVS, ſapientiæ laude præ ceteris conſpicuus, primus ſane fuit ex eorum numero Principum, qui adoleſcentem Franci eruditionem amore ac præmiis ad ſe pertraxerunt, ac virtuti exercendæ campum aperuerunt. Cum enim omnem Reipublicæ conſtituendæ, quæ

tricennali bello miſere fuerat devaſtata, operam impenderet, tum præcipue curam eo dirigebat, ut Academiæ Heidelbergenſis ſplendor novis luminibus auctus effulgeret, & de cineribus quaſi renaſceretur. Quam ob rem celeberrimos ac præſtantiſſimos quosvis in omni artium ac ſcientiarum genere viros jam undique conquiſiverat, qui ſua ope ac laboribus in ſubſidium venirent, & antiquiſſimam Germaniæ Academicarum priſtinæ famæ ac nitori reſtituerent. Ad hoc tam ſalutare opus & gloriæ pleniſſimum cum haud obſcuris indiciis perſpiceret, Francum noſtrum præ multis aliis fore idoneum, Argentorato eum tractoriis clementiſſime invitatum ad ſe evocavit, exceptumque omni gratia per unius alteriusque horæ ſpatium in ſanctiori conclavi detinuit, ut dotes ingenii penitus exploraret, & ſuo, quo ſane acerrimo pollebat, judicio munus ei ac ſtationem aſſignaret. Hac ratione in cathedra Academica ſucceſſit Cl. Viro *Joanni Caſpari Fauſio*, aulæ Electoralis medico, cujus ſingularem in hiſtoria plantarum peritiam encomio dignam cenſuit ſummus virorum *Ezechiel Spanhemius*. Igitur anno MDCLXXII. togam induit noſter Profeſſoriam, collatamque docendi provinciam auſpicali oratione *de fabulis medicis* inauguravit, maxima auditorum frequentia ad oratorem diſertiſſimum, vulgi & anicularum circa artem noſtram deliramenta maſcule profligantem, tanquam curriculo confluentium. Vix ad aures Principis hæc res pervenerat, cum exquiſita viri doctrina & nitore eloquii delectatus eidem negotium daret diſſertationis de *hæmorrhoidalibus* conſcribendæ, quæ publicis ſumptibus exprimebatur typis, eaque aviditate accipiebatur, ut & madentes a prelo pagellæ *Manhemium*, in qua arce tum Princeps agebat, curſorum miniſterio fuerint perlatæ. Dignum ſane argumentum, cujus difficultatibus neutiquam exiguis immerſa obſcuritas, præcipue ante cognitum vitalis humoris circulum, iſto tempore magis dilucide atque pro ratione felicioris & perſpicacioris ſæculi exponeretur. Splendorem conflictui non quotidianum conciliavit, quod ſummus Elector, cum

Filio

Filio Principatus Herede, Carolo item Duce Bipontino, Raugravio Carolo Ludovico, aulæque elegantiſſimæ corona ſtipatus, præſentia ſua acroaterium illuſtraverit. Nec ab re erit antagoniſtarum nomina heic commemorare, ab ipſo Principe delectorum, qui ambigua diſceptationis diſcrimina in hoc martio campo, cum fortiſſimo promachorum experirentur. Agmen ducebat *D. Jacobus Iſrael*, Franci in munere profeſſorio collega; huic latus cingebatur a *D. Waſmuthio*, militaris in arce Francothalenſi præſidii Medico, cujus veſtigia mox premebat *D. Joannes de Houſt*, Gallus natione, urbis Heidelbergenſis Medicus, lampadem eruditæ contentionis inde tradens *D. Luberto Erbenio*, celeberrimo Moguntini Electoris & Spirenſis Epiſcopi Medico. Hos, ne quid in themate erudito intentatum relinqueretur, facto quaſi agmine excipiebant *D. Jo. David Porzius* ſcriptis poſthac de Rhenenſis vini natura & pædarthrocaces curatione opuſculis clarus, *D. Fislerus*, aulæ Palatinæ Machaon, *D. Frid. Chriſtianus Winclerus*, Electoralis Principis Archiater, adverſis ab hujus exceſſu fatis agitatus, & ex Allobrogibus denique *D. Andreas Steigerus* Poliatros. Horum omnium ictus Franco fuerunt ſuſtinendi, cui ſublimen hæc pugna gloriam peperit, & laude encomiisque cumulatum dimiſit, ipſo Principe partes præconis agente, & in Senatus Academiæ univerſi præſentia acris atque copioſi diſputatoris peritiam dilaudante. Neque hoc ſatis; requiſiti denuo altero mane cum *Franco Erbenius Porziusque* & in ſecretius conclave deducti, ut omnem de ſalubri hoc argumento dubitationem, ſi qua forte Principi obhæſerit, prorſus eximerent, & novis ab Eo, ſubtiliterque excogitatis rationibus primo vexati, mox omnibus ex animi ſententia confectis, ad gratiæ Principalis complementum, lautiſſimo convivio excepti, ad ſuos quisque lares dimitterentur. Ab his primordiis nova ſubinde favoris ac benevolentiæ documenta capiebat Francus, & bene de Academia, de aula, de omnibus merendo id efficiebat, ut ex Medicorum ordine nemo facile viveret magis acceptus & gratus genio Principis omnium

ſapientiſſimi. Cujus altero ſtatim anno ſummam expertus eſt non contemnenda ſalarii acceſſione, ad incrementum rei familiaris eidem decreta, ob fidem in medicando & dexteritatem, in afflicta ſæpenumero Electoris valitudine, aptato plerumque ſucceſſu probatam. Cum vero res proſperæ mortalium raro ſint diuturnæ, ſed irruentibus continuo adverſorum procellis turbari ſoleant atque inquietari, immaturus CAROLI LVDOVICI ex hac vita exceſſus, cum aulicis, ut fieri ſolet, gravis fuit atque acerbus, tum præcipue Franco lugubris admodum accidit, triſtiora etiam viſus minari, amiſſo poſt DEVM fortunæ ſuæ auctore & firmiſſimo contra malevolorum artes præſidio. Tametſi enim optimus Principis optimi ſucceſſor CAROLVS iisdem, quibus hactenus cum laude functus fuerat, miniſteriis eum deſtinaſſet, operamque etiam multoties ſibi ſalutarem fuiſſet expertus, invidia tamen & obtrectationibus ſycophantarum alienior fuit obſervatus Heri animus, aliisque addictior, magno ſui ipſius ac ſubjectarum ditionum, immo rerum pene in univerſum Germanicarum detrimento. Tantum vero abeſt, ut hi fortunæ luſus & inconſtantia animum Franci, ſemper ſibi conſtantem, a recto quidquam dimoverint, ut potius certa præclare factorum conſcientia fretus, minis fatorum fidei in Principem ſuæ & alacris ingenii invictum robur opponeret, & vigilanti pro ſalute purpuratorum cura, ſtudiisque in Academiæ gloriam indefeſſis, clementem Domini genium facile rurſus ſibi propitiaret, & adverſariorum hac ratione technas feliciſſime eluderet. Duobus enim ſupra viginti ante obitum diebus ad curandam valitudinem Principis ad extrema jam ruentem revocatus potiorum inter Magnates ſuaſu & auctoritate, eum in ſe ſenſit Heri optimi amorem ac benignitatem, ut quocunque ſeſe converteret, non alium præter Francum ſibi comitem vellet, ac denique etiam in hujus amplexu digniſſimam ævo longiore vitam finiret anno ſæculi quinto & octuageſimo, & corpus exangue aromatum ac balſami condimentis traderet inferciendum. Quantam autem gravibus quantum-

vis

vis aulæ negotiis diſtrictus Academicæ rei curam geſſerit, vel inde conſtabit, quod nec publicis nec privatis acroaſibus defuerit unquam, & collega ſui amantiſſimo *D. Iſraele* in cœleſtem Academiam translato, per quinque, & quod excurrit, annorum intervallum ordinis medici munia & functiones ſolus expediverit in docendo aſſiduus, in explorandis eorum, qui honores ambirent, profectibus acer ac ſeverus, in perquirendis rei medicamentariæ officinis ſedulus, inque conſultationibus denique ac reſponſis elucubrandis mire negotioſus & incomparabilis. Philoſophiæ etiam Doctoris dignitatem quaſi poſtliminio requiſivit & facili negotio impetratum ſibi imponi paſſus eſt in gratiam amici, Illuſtris illius *D. Henrici Cocceji*, qui nunc Maximo Sapientiſſimoque Pruſſiæ Regi a Conſiliis ſecretioribus ſupremum inter Anteceſſores Academiæ Viadrinæ locum tuetur immortalibus in Juris, præſertim publici, diſciplinam meritis; huic enim a ſummo *Pufendorfio* primum ſtabilitæ cathedræ, qua naturæ ac gentium Jura docentur, tum præfecto, non licuiſſet tribunitiam inter Philoſophos poteſtatem, quam decanatum vocant, exercere, niſi eadem fuiſſet magiſterii artium corolla redimitus. Annus jam volvebatur ſextus ultra octogeſimum, Academiæ natalis & propterea ſæculari feſto majorum more concelebrandus, Francoque cumprimis noſtro glorioſus, cui vicariæ tum Rectoris Magnificentiſſimi FRIDERICI GVILIELMI Principis Palatini partes erant ſuſtinendæ. Quod ille munus pro maxima rei dignitate prudenter omnino ac decore adminiſtravit, copioſa elegantique oratione *de primordiis Academiæ ac fatis* in encæniis dicta publice, auditoribus quotquot aderant & ſermocinantem percipere poterant, ad unum omnibus mirifice applaudentibus. Neque heic reticendum exiſtimamus Illuſtriſſimum Heroa PHILIPPVM FRANCISCVM EVERARDVM Liberum Baronem DALBERGIVM, Imperialis fori, quod in Vangionibus tum frequentabatur, Præſidem & Cathedralis apud Wormatienſes Eccleſiæ Præpoſitum, Cancellariatus in Academia Heidelbergenſi munus, Præpoſituræ

iſti ſemper innexum, Franco noſtro unice demandaſſe, ut hic raro & alibi forſan inaudito exemplo, vicarias ejusdem partes inter publicas panegyres ſemper ſuſtinuerit, perpetuus Academiæ Procancellarius propterea conſalutatus. Sed nec a ſacris officiis fuit immunis vir religioſæ pietatis amantiſſimus, Curator quippe Eccleſiarum Auguſtanæ confeſſioni addictarum Electorali decreto conſtitutus, quod quidem munus quamdiu in Palatinatu permanſit, uti cetera omnia, ſumma cum dignitate ac laudibus adminiſtravit, ejusque ratione templum apud Manheimenſes Sanctæ Concordiæ dicatum, in quo trium in Imperio conſtabilitarum religionum ſacra partitis vicibus peraguntur, ne de aliis heic dicamus, inauguravit una cum *L. B. de Borch*, ab arcanis Electori conſiliis, & collega in hac miniſterii parte conjunctiſſimo. Hæc ſumma fere eſt a Franco, quamdiu apud Palatinos conſedit, laudabiliter ac præclare actitatorum, ſed breviter & compendio memorata absque verborum & ſententiarum ornamentis, ne panegyricum potius aut hiſtoricam commentationem, quam elogium, cujus præcipua dos in brevitate reponitur, ſcripſiſſe videamur. Mirum eſt omnino, quo pacto fieri potuerit, ut unus homo tot ac tantis, tam operoſis atque inter ſe diverſis in aula pariter & academia laboribus ſufficeret, cum illi ſane pluribus defatigandis viderentur eſſe comparati, etiam ſollertiſſimis & in opere exercitatiſſimis. Attamen, quæ ſumma fuit in noſtri animo vivacitas, doctrina exquiſita, experientia multiplici, ſtudioque nunquam defeſſo ſuffulta, omnia iſtæc ingenii hujus ſtupendum robur adeo nec quidquam laſſare poterant, ut ſi reliquas ejusdem curas, lucubrationes, itinera ſummorum paſſim per Germaniam Principum nutu inſtituta conſideres, iſta quidem inter leviores viri occupationes, quaſi reficiendi animi cauſſa ſuſceptas poſſint reputari. Longum eſſet excurſionum ſaltim præcipuas heic recenſere, neque poſſent ſatis explicari innumeri abs eo, eventu fere ſemper feliciſſimo, expeditæ curationes, quibus per ſingularem DEI Soſpitatoris gratiam tot

Impe-

Imperii Principes ac Magnates graviſſimis utique ac difficillimis morborum inſultibus petitos, ſæpenumero ex orci faucibus eripuit, priſtinæque reſtituit ſanitati. Sufficiet eos ſaltim nominaſſe, qui Franci virtutem propius pernoſcentes, fidei ejus ac vigilantiæ ſuam ac ſuorum vitam ac valitudinem unice exiſtimarunt committendam, ſplendidasque Archiatri & Conſiliarii partes eidem tradiderunt ſuſtinendas. Hos inter FRIDERICVS primo loco memorandus Würtembergiæ Dux, qui Neoſtadii ad Cocharum gravi ancipitique morbo decumbens, Franci conſilio ac ope ſalutari convaluit, & hunc propterea muneribus ac dignitatibus ampliſſimis ornatum abs ſe dimiſit, Electorique gratiam retulit ingentem, cujus mandatis ac nutui obſequens eo conceſſerat. Eandem pariter operam ſæpenumero præſtitit a FRIDERICI obitu, Conjugi viduæ, incomparabili Principi, Filiisque paternarum ditionum ac virtutum ex aſſe heredibus, quos inter FRIDERICVM inprimis AVGVSTVM, cui ſedes Goxhemium, clementem ac munificum expertus eſt, neque minus FERDINANDVM GVILIELMVM, & CAROLVM RVDOLPHVM, invictiſſimo Danorum Monarchæ in bellicis expeditionibus Duces fortiſſimos genio ſuo propitiavit præſtitis omni fide ac ſollertia miniſteriis. FRIDERICVS quoque MAGNVS Badenſis Marchio Durlacenus fama viri permotus Archiatrum ſibi eum conſtituit & ſcripto diplomate accivit, ut ad S. Antonii vocatas acidulas Andernaco vicinas una cum Auguſta Conjuge proficiſcentem comitaretur; quare ad votum confecta GVSTAVVM pariter ADOLPHVM, Principis fratrem, Cæſarei militis Ducem, cum caſtrenſi febri ad Manhemium graviter periclitarentur, ſervavit ope divina, cujus ille rei memoriam grata multoties celebratione recoluit. Hæc Franci virtus incomparabilis Eminentiſſimum S. R. I. Principem, Electorem JOANNEM HVGONEM, Archi-Epiſcopum Trevirenſem permovit, ut eum pariter Archiatri munere dignaretur, ſcriptisque ſæpius ſuapte manu epiſtolis ſalutaret, aliaque plurima daret clementiæ ac favo-

ris

ris documenta, quæ fuſius heic recenſere parum attinet. Eadem muneris ſplendidiſſimi excellentia charus fuit binis Elvacenſis cleri Præpoſitis Principali dignitate conſpicuis JOANNI CHRISTOPHORO, L. B. ADELMANNO ab ADELMANSFELDEN, cui Francus *Floram* ſuam iterata editione adornatam inſcripſit; tum HENRICO CHRISTOPHORO a WOLFRAMSDORF, Adelmanni ſucceſſori, qui quod e Thuringia nobiliſſimæ ſtirpis originem traheret, non alio quam civis & patriotæ familiariori appellatione eum vocitare fuit ſolitus. Ita cum undiquaque Francici nominis fama inclareſceret, ut certatim ab omnibus fere unus experetur, Palatinatus tamen, qui prima fortunæ ac honorum auſpicia tulerat, ſibi maxime vindicandum ac ſervandum putavit, & aliis ſuper alia muneribus abunde cumulavit. Extinctæ in acerbo Caroli funere ſtirpi Simmerenſi, Neopyrgica ſucceſſit, & PHILIPPVM GVILIELMVM Electorali faſtigio admovit, Principem annis & conſilio potentem, & Generis præcipue diffuſa in Cæſaream ac Regales familias amplitudine inter fortunatiſſimos ex Procerum cenſu collocandum. Hic etiam in ampliſſimis noſtrum muneribus firmavit, ſalaria auxit, & principem in Medicorum ordine locum aſſignavit, cum eſſet in graviſſimo morbo ejus ſollertia divinitus quaſi recreatus, & in Sereniſſima pariter Conjuge, Gnatarumque Summis Iberiæ ac Luſitaniæ Regibus poſtea elocatarum fulgentisſima Synoride, quanta eſſet Viri in arte præſtantia, experimentis fuiſſet edoctus longe felicisſimis. Parenti nihil quidquam in deamando Franco conceſſere Filii, heredes pietatis ac virtutum æmuli. Ex quibus Serenisſimus Elector JOANNES GVILIELMVS, cujus propitium Muſis & doctrinarum amantibus nomen non ſine demiſſa animi venerabundi religione heic memoramus, ex Dania laboribus & annis jam gravem ſibi cenſuit revocandum, ut priſtinis honoribus quaſi poſtliminio reſtitutus, quod ſupereſſet ætatis, inter Palatinos ſuos exigeret. Par huic ingenio, animique ſupra communem dominantium ſortem erecti in homines eruditos

pro-

propenſione LVDOVICVS ANTONIVS, Magnus Teutonicorum Equitum Magiſter, Epiſcopus Wormatienſis, Præpoſitus Elvacenſis, Eminentiſſimoque Electori Moguntino in ſubſidium datus, ut præclare de Imperio meritum Principem nemo alius aliquando exciperet, præterquam, qui pari fide nec minori ſapientiæ laude inſtructus par eſſet arduis ſummorum & graviſſimorum negotiorum tractationibus. Hic, inquam, Procerum glorioſiſſimus ſalutari Georgii cura ſemel iterumque ſervatus, animum ſervavit officii memorem & Heidelberga ejectum in tutelam recepit, nec a latere dimiſit prius, quam in Saxoniam ſecederet. Eadem fuit CAROLI PHILIPPI, Principis Celſiſſimi in tuendo noſtro conſtantia Conjugisque incomparabilis LVDOVICAE CAROLAE RADZIVILIAE, quæ nuper rebus humanis exemta inter cœlitum choros refulget ſidus perenni luce ſplendentiſſimum. Nefas eſſet ſilentio præterire Illuſtriſſimum Principem IOANNEM EVCHARIUM, Aichſtetenſis Eccleſiæ Epiſcopum, veneranda canitie, ſed magis præclara in DEVM pietate & clementia in ſubjectos cumprimis commendandum, cujus in Francum amor emicuit plane ſingularis, ut eum valetudini curandæ advocaret, & honoribus muneribusque mactatum, haud quaquam libenter, ex aula dimitteret. Hiſce graviſſimis difficillimisque laboribus ac curis diſtringebatur noſter; his meritis, hac virtute gratiam ſummorum ſibi in Imperio Principum conciliverat; his denique, ſane ampliſſimis, dignitatibus honorumque titulis ac emolumentis incedebat ornatus, cum in Palatinis terris conſideret, aut in Sueviæ Franconiæque finibus, urbe Electorali pulſus, divagaretur. Sed anguſtiores erant pro immenſa Viri virtute ac fama termini, quare in ampliores eum campos fata deducebant, tametſi per vias, ut ſolet fieri in humanis, minime omnium planas aut lætabiles. Devaſtatæ jam jacebant perfida Gallorum irruptione & miſerrime afflictæ terræ Palatinæ, amœniſſimæ illæ & omnibus naturæ parentis donis largiter ditatæ; Hoſtium furore, cædi-

bus, rapinis, incendiis omnia conſumta; expugnata munimenta, direptæ urbes, oppida ſolo æquata, extremam univerſæ illi parti Germaniæ ruinam præſagiis haut quaquam vanis minitabantur, & metu diſcruciabant animos mortalium. Et jam metropoli Heidelbergæ certum imminere videbatur exitium, cum undique defugientium eam ſtragem incolarum agmina paſſim per vicina ad ſtationem tutius capiendam diffunderentur. Quibus turbis eliminata pariter Franci familia in urbem Francofurtenſem conceſſerat, illo interea ad latus Magni Teutonicorum Magiſtri, quem modo laudavimus, adhærente, Herumque indulgentiſſimum per omnia fortunæ ac bellorum præcipitia ſectato. Igitur cum eſſet conſtitutum caſtra ad Rhenum ſequi, & Moguntiacæ obſidioni intereſſe, individuus noſter erat Principi comes, arcanorum etiam particeps ac conſiliorum. Quo pacto tum aliis perquam multis Imperii Principibus innotuit, tum præcipue Sereniſſimo Saxoniæ Electori JOANNI GEORGIO III. Heroi fortisſimo, cui jam primis adoleſcentiæ annis, cum Francofurti faucium deſtillationibus & ulceribus graviter laboraret, opem ſalutarem tulerat, & ea ratione ſummum ſui deſiderium in animo Principis reliquerat, ut plus ſimplici vice eum ad ſe modis omnibus pertrahendum conſtituiſſet, literis tamen eam ob rem ſcriptis , neſcio cujus reatu interceptis, certe nunquam eo perlatis, quo juſſæ fuerant abire. Ipſo igitur Electore in caſtris tum ex hemitritæo graviter decumbente, Filioque cognomine Electoratus herede ac poſtea ſucceſſore, itemque *Heinone Flemingo* Polemarcho dyſenteria caſtrenſi miſerum in modum excruciatis, expetitus eſt præ ceteris Francus, qui labaſcentem horum valetudinem vigori priſtino reſtitueret; quæ res cum plane ex voto, uti ejus omnia, cesſiſſet, largisſimis dignitatum & honorariorum oblationibus ſollicitatus fuit ingens Franci animus, ut in patriam reduci ſeſe pateretur, omnibus ibi, quæcunque expeteret, munerum ſplendoribus ac rei familiaris emolumentis ex voto cumulandus. Quid faceret in hoc bivio conſti-

tu-

tutus? Ecquid aliud, niſi quod quisque, cui ſalus ſuorum cordi eſt, & qui deliberato animo omnia rerum momenta prudenter exputat, ſibi exiſtimaret faciendum? Actum videbatur cum Palatina ditione, dulciſſima hactenus virtutis ſuæ nutricula; deturbati ſedibus inquilini, Academia diſſipata; nec in eo diſcrimine pronum erat ſereniora ſperare, inter primordia belli proceſſu & contentione acerrimi. Igitur tam benignis atque gratioſis Electoris clementiſſimi votis obſecundans, cum exiſtimaret Divino hæc omnia nutu evenire, ut ampliorem eo pacto locum virtuti exercendæ nanciſceretur, conſenſit demum in eam migrationem, ſiquidem abs Hero indulgentiſſimo LVDOVICO ANTONIO, Magno Ordinis Theotiſci Magiſtro, cui hactenus ſe ſuaque miniſteria præ ceteris addixerat, ut eum ſine ingratiis dimitteret, poſſet impetrari. Quod quidem ægre effectum, neque niſi ad tempus conceſſum Franco, ut alieno dominio ſe ſubjiceret, & hac ratione commodatus magis quam e manu dimiſſus poſſet videri. Tranſiit itaque in familiam Saxonis annuo ſeptingentorum Joachimicorum ſtipendio honoratus, munerisque pariter Profeſſorii ſpartam in Academia Vitembergenſi tum forte vacantem obivit, ut pergeret de Principum non minus valetudine, quam commodis philiatrorum, quod ſemper fecerat, bene meriri. Vix autem erat cum familia Vitembergam delatus nono atque octuageſimo labentis ſæculi anno exſpirante, cum in aulam evocaretur a Principe ſuorum cumprimis amante, Franci longe amantiſſimo, ibique per hiemem detentus, ſub æſtatem rurſus in caſtra Imperialia ad Rhenum cum Domino concederet. Quas ibi morbis late in campo graſſantibus ærumnas, quæ tædia, qua animi nullis unquam laboribus fatigari conſtantia ſuſtinuerit, facile ſecum reputabunt, qui ei fere cotidie ad ſeſquicentum ægrotantium fuiſſe ſublevandos, quod ex ejus conſtat pugillaribus, ſunt conſideraturi. Duxerat eo ſecum majorem natu ex filiis, medicinæ ſacris jam initiatum, quæ nunc ſumma cum laude no-

minis ab eo mirum in modum illuſtrantur, ſed parum aberat, quin ambo perirent, caſtrenſis morbi vehementia, aut potius laborum tam ſtrenue actorum magnitudine. DEI tamen benigna ope, quamprimum ad Helvetiæ fines eſſet deventum, uterque ſerenioris & magis defæcati aëris tractu mox convaluit. Inde domum reverſum primaria apud Lipſienſes medicinam docendi cathedra, eidemque annexus Decurionatus ejus ordinis perpetuus præſtolabatur, quæ duo munia *Godefridus Welſchius*, nominis ac ſcriptorum fama celeberrimus, per annos bene multos non ſine laude inſigni obiverat. Jamque adeo Francus Electorali mandato ſucceſſor ei datus, invitatusque humaniſſimis Profeſſorum literis, vaſa colligere occœperat; cum ecce Leucorides Muſæ, non ferendum ſibi ratæ, ut tam illuſtre ac decorum ſidus tam repente ad Philyreum Parnaſſum radiis ſuis colluſtrandum abſcederet, precibus agunt apud Principem, omnemque in ſanctiori conſiſtorio movent lapidem, ut ne transferretur ad vicinos, cujus abitus prorſus ipſis videretur intolerabilis. Accedebat & Magnatum in aula ſuaſus & amicorum recta ſentientium, quorum eo fere tendebant monita, ut ex Maronis conſilio, laudanda quidem eſſe rura ingentia, exiguum tamen præcipue colendum Francus intelligeret. Paret ille amicis compellatioribus & pinguiori eminentiorique muneri, tenuius iſtud præfert, cui jam aſſueverat, Quam laudabilem profecto & raram animi continentiam Septemvir, ubi reſcivit, compenſandam merito exiſtimans, ædes ſatis amplas & commodas in urbe, prædiaque in agro Vitembergenſi neutiquam ſpernenda, quæ fiſco ceſſerant, hoſtimenti qualiscunque loco ad eum juſſit transſcribi. Nova hæc gratiæ plane ſingularis documenta, uti arctius ad obeunda miniſteria adſtringebant generoſos Franci ſpiritus, ita nihil quidquam cunctatus Herum denuo ad Rhenum Nicrumque contra juratos Imperii hoſtes dimicaturum comitabatur, tametſi jam tum multa in hoc naturæ labaſcentis ex intemperie viſcerum multis modis corruptorum ſeſe proderent indicia. Quæ paulo

poſt,

poſt, ubi ad ipſam expeditionem eſſet deventum, in extrema conjiciebant Heroa fortiſſimum, ut quem nec barbarorum nec illis quidquam concedentium ceterorum Germanici nominis hoſtium tela in moriendi neceſſitatem conjecerant, nunc brevi temporis ſpatio febris vehementia confectus apud Tubingenſes exſpiraret, Princeps ſane clementia in cives, ſeveritate ac invicto animi robore in perduelles & hoſtes nemini ſecundus, ac longiori eam ob rationem vita longe digniſſimus. Brevius fuit ſuccedentis in Patris locum JOANNIS GEORGII IV. imperium, neque minus tamen propitium Franci virtutibus, cui facta paullo ante donaria reſcripto firmavit, & cum nomine Academiæ facundus orator fidem Ei publicam ſollemni juramento, quod homagium vocant, alligaſſet, concepta verbis diſertisſimis oratione, ita ſibi eam mirum in modum placuiſſe teſtatus eſt, ut typorum miniſterio expreſſam in omnes ditionum ſuarum angulos diffundi ſuis ſumptibus decerneret. Augebat pronam in eum Principis voluntatem felix & expedita curatio, cum ab equo excuſſus graviſſimas læſiones perſentiſceret, facie contuſa ac miſerandum in modum deturpata, quæ tamen mala Franci conſiliis ac efficacia præſidiorum mox viſa miteſcere, unde Heilbronnam rurſus cum Electore concedens, in Eo a morborum inſultibus tuendo, fidelis ac ſolliciti Archiatri partes omnes cumulatiſſime explevit. Neutiquam tamen præſtare potuit, quin ex caſtris ad ſuos reverſus & variolarum maligna fœditate impeditus mox rebus humanis eximeretur, ſumma regiminis ad Fratrem delata FRIDERICVM AVGVSTVM, cui potentiſſimum deinceps Poloniarum regnum faſces ſubmiſit cum diademate. Hic eadem prorſus, qua Divus Parens cum Fratre id egerant, clementia ac benignitate Franci virtutem eſt proſequutus, comitem ſibi deligens, qui ad auſpicia gubernationis capeſſenda proficiſcenti latus clauderet. In Pannoniam quoque ad Turcos ab Imperii finibus profligandos concedens, Franci officia præ ceteris ſibi commoda fore ratus expetierat; verum hic itinerum

difficultate & mole curarum nimis adhuc fatigatus, quieſcendi ſpatium flagitavit, & ſingulari Principis clementiſſimi indulgentia facile obtinuit. Jamque alii fatorum ordines inſtare videbantur, eo collineantium, ut ingentis pretii depoſitum, quod Saxoniæ hactenus utendum fruendum commodaverant, nunc reddi ſibi juberent ac omnino repoſcerent, in eminentiori ſolio collocandum. Præluſerat ſubitariæ converſioni, quam noſter extremam fuit expertus, Reverendiſſimi Electoris Moguntini FRANCISCI ANSELMI deſiderium, Francum ad ſe modis omnibus pertrahere diſcupientis, cujus in medendo incomparabilis peritia ac fides in omnium ore verſabantur. Nec abnuerat noſter magnopere priſtini cumprimis Heri, cui unice ſe carum ſciebat, hortatu compulſus, (Magnum rurſus Cruciferorum Equitum Magiſtrum facile intelliget, qui hæc legit) qui vices Electoris viventis gerens in ejus demortui locum ſucceſſor erat deſtinatus ſuffragiis Canonicorum. Aſt cum jam in eo eſſent res, ut in vota Principum, demiſſa voluntatis ſubjectione, Francus conſentiret, improviſa hujus mors apud Leodienſes decedentis in flore ætatis, omnia turbavit, noſtrique animum luctu & ægrimonia oppreſſum, ad capienda longe alia conſilia commovit. Sollicitaverat virum jam aliis ſuper alias literis *Joannes Rudolphus Ringelmannus*, Sereniſſimæ CHRISTIANI V. Daniæ Regis Majeſtati a Conſiliis Juſtitiariis & inter Archiatros plane eximius, ut in muneris ampliſſimi conſortium veniret, veteremque adeo, quæ in Academia olim Jenenſi coaluerat, amicitiam locorum ac temporum ſpatiis divulſam eo pacto redintegraret. Heic durum quidem videbatur viro patriæ amantisſimo, ingraveſcente jam ætate ex ejus ſinu, quæ omnibus honorum ac fortunæ blandimentis hactenus foverat, in diſſitas admodum regiones ſecedere; attamen cum DEI nutu ſe vocari intelligeret, quem ſummum rerum ſuarum moderatorem ſemper eſt veneratus, cauſſasque ejus conſilii ſuſcipiendi inveniret & multas & graves, quas heic latius diducere nihil attinet, conceſſit tandem in vota

ami-

amici, & eadem animi conſtantia, qua ex amœniſſimo ad Rhenum tractu ad lares patrios transmiſerat ſedem fortunarum, eandem nunc ad terras alio pene ſub ſole calentes provehere nihil quidquam morabatur. Quam ægre dimiſerint ex complexu artiſſimo Aula & Academia, pronum reor hariolari, qui & viri ingenium noverit omnibus amabile, adverſum nemini, & innumera conſideraverit commoda, quibus ſcarendum fuit amicis, eum abs ſe non ſine ſummo dolore ac violentia avelli incaſſum quiritantibus. Sed eundum fuit omnino, quo fata vocabant, & ſupremus fatorum arbiter nutu compellebat, neque longinqua viarum, nec itineris per inhoſpita protracti difficultas moras debebant injicere animo ad omnes eventus compoſito; præſertim cum tædia moleſtæ peregrinationis abunde compenſarentur ſublimi muneris novi dignitate, emolumenta ſecum ducentis ſupra, quam credi poſſit aut ſcribi, invidenda. Cum Lubecam tranſiret, elegantiſſimam ex earum cenſu, quas Hanſeaticas vocant, civitatem, & opibus ex commerciorum uſu affluentisſimam, laute admodum atque opipare per aliquot dies cum familia exceptus eſt ab amplisſimo urbis ſenatu, cui merita viri ac famam ingeſſerat *Nicolaus Hanneckenius*, Clarisſimi nominis Medicus, inter amicos virtutis Franciæ facile primarius. Atque ita tandem per Vagriam, Lalandiam, Falſtriam Sialandiamque æſtivo itinere ſoſpes cum ſuis ad urbium Regiarum ocellum, Hafniam devenit, ibique ad ſolium Regis Auguſti humillima ſubjectione provolutus, ea benignitate ac gratia receptus eſt, ut majorem nusquam ſe reperiſſe, immo nec ſperaſſe quidem lætus ac futurorum plenus ad amicos inde reſcriberet. Neque fefellit vatem hoc felix & optabile auſpicium; ita enim Regum optimo charus, ita Reginæ incomparabili gratus fuit, ut utriusque favorem ſervaret illibatum & novis honorum cumulis oneratus, vix alibi majora ſenectutis ſuæ præſidia ac familiæ firmamenta potuiſſe accidere, præterquam in beatis his regionibus, intelligeret. Paucis ab adventu menſibus orphanotrophii ſumptibus plane Regiis

exſtru-

exſtructi curam ut gereret, omniaque ad ſalutis publicæ incrementa dirigeret, accepit in mandatis; altero inde anno ad ſupremum Juſtitiæ tribunal admotus, ut conſiliis pariter ſuis rempublicam juvaret, inter purpuratos patres conſedit, inſtituto ſane ſapientisſimo, cum ab omni tempore ii habiti fuerint optimi regendæ civitatis moderatores, qui humani corporis ejusque morborum cognitione exacta bene præparati & in arte ſalutari exercitati, valetudinis ſervandæ ac reparandæ præcepta ad conſtituendam tuendamque rem publicam poſſent transferre. Interea fatalis hora, cui fruſtra ſolent obtendi probatisſima artis præſidia, terris ereptam Regis maximi Majeſtatem cœlo, quaſi novos ſplendores conciliatura, intulerat anno ſæcularem proxime prægreſſo, ut ſolemnes jubilæorum pompas caſus omnium maxime luctuoſus, & Regno vix tolerandus antecederet. Ei caſui ſuccumbere fuiſſet viſa omnis regio, niſi ſucceſſorem habuiſſet Regiæ dignitatis FRIDERICVM, belli ac pacis gloria eminentem, & Divo Fratri in omnibus æquiparandum, quem ut ſervent diu incolumem Dii immortales & fortunam deſtinatis parem, victoriarumque impetus largiantur, omnis populorum cœtus, omnis ordo ex animo vovet atque precatur. Hic Francum in ſtatione, quam maſcule tuebatur, firmavit & Archiatrorum comitem declaravit, opem ejus proficuam ſibi & Regiæ familiæ aliquoties expertus, ut hac ratione pauciſſimi forte vixerint, qui cum noſtro conferri numero & amplitudine munerum opido illuſtrium mereantur. Duorum Regum egit Archiatrum, & octo utique S.R.I. Octovirorum, ut de Principibus & Magnatibus nihil heic porro dicamus, quorum calculos quis nobis expediat? Summa ſunt hæc, fateor, & fruſtra ſane a perquam multis ſæpius expetita ornamenta; eadem tamen fulgore etiam novo illuſtrata ſpectantur, ſi celeberrima ſocietatum literariarum commercia cogites, quibus ille nomen dedit, hæ nomini retulerunt immortalitatem. *Leopoldina* naturæ rerum perquirendæ dicata ſodalitas, eodem

eodem ipſi anno, quo Heidelberga cathedram detulit, inter ſuos eſſe cooptatum ſignificavit, & cum nemo unquam hoc uno minus obſervatus fuiſſet otioſus, *Argi* cognomine condecoravit, ob miram excelſi ingenii felicitatem & perſpicaciam. Poſtea etiam inter primores hujus ordinis, quos Adjunctos vocant, eſt cooptatus auctoritate celeberrimi per Germaniam & omnes terrarum partes Medici, *D. Joannis Georgii Volcameri*, qui tum erat ſocietati a præſidiis. Inter cetera eruditorum hominum ſodalitia, quibus Italia eminet, Academia eorum, quos vernacula appellatione *Recuperati* vocant, caput præcipue effert, cujus Academiæ anteſignanum cum ageret *Carolus Patinus* ex profeſſorio apud Patavinos ordine, numorum cumprimis veterum exactiori cognitione celebris, tum alios ſatis multos ex Germanis literarum uſu ſpectatioribus in eas partes pertraxit, tum præcipue Francum ea honoris dignatione ornandum ſibi cenſuit, amicum veterem ac familiarem, & quod rei eſt caput, in oratoria facultate & pangendo carmine nemini quidquam concedentem. *Regia* denique magnæ Britanniæ Societas præſtantiſſimis in ſtudio naturalis ſcientiæ meritis effulgens, tametſi rarius ad exteros viſa fuerit transferre ſua contubernia, Franci tamen famæ ac virtutibus id dedit, ut in tabulas ſuas referret nomen ejus longe ſplendidiſſimum. Quod vivacioribus etiam mox fuit radiis colluſtratum, cum Divus Imperator LEOPOLDVS equeſtrem ei & familiæ nobiliſſimæ dignitatem conferret, qua dudum pollebat ex doctrinæ merito & munerum maxime ſublimium, quæ tamdiu cum laude ſuſtinuerat, amplitudine. Palatii etiam Lateranenſis Comitem fecit, qua dignitate ornati vices Cæſaris agunt in creandis omnium generum Doctoribus, Poetis etiam laurea decorandis, Notariis deſignandis, reſtituendis famæ ſpuriis, aliisque hujusmodi negotiis Imperiali auctoritate conficiendis. Huic noſtri nobilitati, ortu, doctrina, meritis, officiorum ſplendore, gratia denique Cæſaris ſtabilitæ ac firmatæ, ne quidquam deeſſet, providentia numinis factum, ut eodem an-

d no,

no, quo doctoralis dignitas conferebatur, matrimonium accederet cum virgine generis ac virtutum fulgoribus nobiliſſima, *Maria Euphroſina Chemnitia de Stromberg*, *Chriſtiani* filia, qui Judicem apud Argentoratenſes egerat in tribunali diſceptationibus circa rerum commercia forenſibus conſtituto, nepte *Chriſtophori Chemnitii de Stromberg*, JCti, cui præclaris apud Waldeccanos Comites, Electorem Palatinum & Wormatienſem Rempublicam muneribus defuncto, Cæſar locum ſuos inter Conſiliarios ac Senatores urbis Vindobonenſis fecerat. Pater hujus & ipſe multis ac magnis in Eccleſiam Simmerenſium, quam regendam ſuſceperat, meritis illuſtris ex fratre fuerat prognatus immortalis famæ ac doctrinæ Theologi, *Martini* illius *Chemnitii*, cujus nomen & ſcripta cedro digniſſima nullæ unquam temporum ac fatorum injuriæ obliterabunt. Huic anno ruentis ſæculi primo extinctæ, & per omne, quod reliquum ducebat, vitæ ſpatium deſideratiſſimæ, cum ſolitudinem nec vitæ genus perferret, nec ingruentis ſenectutis incommoda permitterent, ſucceſſit in thori conſortium *Catharina Wildia*, matrona, gravitate moris, peculio, ac ſevera rei familiaris cura ſpectabilis, quæ maritum cum letali morbo conflictantem ope nunquam defeſſa juvit & in tumulum condidit. Amabile vero iſtud prius & ſex ſupra triginta annos mira animorum concordia exactum conjugium, ſeptem liberorum proventu fuerat fecundum, ex quibus quatuor acerbo funere primis infantiæ annis extincti, tres per DEI gratiam ſuperſunt, partamque ab utroque parentum nobilitatem, virtute nequaquam aliena colluſtratam, factorum meritorumque gloria tuentur. *Maria Eliſabetha*, decus elegantioris ſexus & Gratiarum nobile myrothecium a Viro ampliſſimo, *D. Joanne Joannida*, Regi a reditibus ex Hadelenſi provincia colligendis, virginei pudoris præſidium paſſa eſt expugnari, cui in matrimonium ceſſit quinquennio ante patris obitum, nuptiali convivio ſolemniter ex Regis munificentia adornato. Inter filios primigenius *D. Georgius Fridericus*, medicinam ante hac extra ordinem apud Vitembergenſes profi-

teri

teri juſſus, nunc in Regia Hafnienſium univerſitate artis pariter ſalutaris ac ſublimioris Philoſophiæ Profeſſor ordinarius, ingenio par genitori, nec minor doctrina, elegantiſſimis jam ſcriptis beavit orbem literarium, nec deſinet porro de ſtudiis bene & præclare mereri. Hujus etiam nuptiis Parens decem ante obitum menſibus interfuit cum lectiſſima virgine *Maria Sibylla Rodriguezia* celebratis, cujus pater *Carolus* antiqua apud Madritenſes ſtirpe oriundus, CHRISTIANO olim V. ſapientiſſimo Danorum Monarchæ linguarum in Europa cultiori frequentatarum peritiam inſtillaverat, earundem poſtea in equeſtri, quæ apud Soranos eminet, Academia Profeſſor conſtitutus. *Gerardus Erneſtus*, Georgii Friderici frater alacris & ad omnia exprompti ingenii felicitate patrem referens, facilitate etiam pangendi carminis pene extemporanea commendabilis, ad elegantioris doctrinæ ſtudia exactiorem Juris Romani eorumque, quæ eo pertinent, cumprimis hiſtoriarum omnis ævi cognitionem adjecerat, quam ob rationem judicio delectus fuit, qui Legatis Regiis ad tractationem Pinnebergicam miſſis, inde aliis in Sueciam, rurſumque in Hiſpaniam ablegatis ad ſcribendas ſecretiores literas miniſter adjungeretur. Quibus officiis dexterrime & cum inſigni nominis laude perfunctus, *Themidos Hiſpanæ* arcana prodidit libro ſane lectiſſimo ac bonæ frugis pleniſſimo, quo tanquam præclaro ſpecimine, quantos in ſe doctrinæ neutiquam vulgaris theſauos contineat, evidenter monſtravit, rogandus propterea a peritis rerum æſtimatoribus, ut plura hujusmodi condere pergat induſtriæ ſuæ atque eruditionis reconditæ monumenta. Hac filiorum ad laudem paterni nominis graſſantium virtute ecquis non beatiſſimum dicat Georgium, feſſum ætate ac laboribus Atlantem, qui Mauritaniæ illo Rege longe felicior, non in unius Herculis humeros ut deponeret grave onus, neceſſe habebat, ſed duobus ſuffulciebatur iisque ex ſe prognatis, fortiſſimi ſpiritus juvenibus, qui traditum a parente illud famæ æternitatisque depoſitum alacres in ſe ſuſciperent, & invicti animi ac ingenii robore ere-

cti perferrent, nec gravati tantæ molis onere, nec defatigati. Hæc una omnium planiſſima ad immortalitatem via, cum accifis ob ætatem viribus, & ſenili marcore confecti in progenie quaſi rejuveneſcimus, germinantemque novo flore nominis ac meritorum gloriam ſuccreſcere videmus & ad ſeram usque poſteritatem propagari. Qua ſuavitate, tanquam nepenthe aliquo, mirum in modum delinitus noſter vix ſentiebat procedentis ſenii tædia, fractique laboribus corporis infirmitatem pene ſolus ignorabat. Sed iſti tamen nihilominus, qui obvenerant quinquagenario, languores incrementa ſumere obſervabantur, & arthriticos ſæpius dolores ſecum ducebant, quotannis fere, præſertim ubi in Boreales oras conceſſerat, recurrentes & extremo vitæ tempore relictis manibus pedibusque, quibus antea fuerant infeſti, ad humeros & brachium ſiniſtrum fatali impetu proruentes, ut pronum eſſet in debili ac enervato corpore funeſta omnia ſuſpicari. Huic malo accedebat vitalium humorum in vappam liqueſcentium intemperies, ſcorbutum vocare ſolent Balthici maris accolæ, unde pedes œdemate turgentes aquam intercutem in propinquo eſſe minitabantur, reſpiratio ſuſpirio & gravi aſthmate cohibita auram vitæ conſervatricem intercludebat, gravioraque indies accedebant ſymptomata, quibus nonnihil ex uſu præſidiorum probatiſſimorum repreſſis, Reginæ Sereniſſimæ nutu, quæ mire ſollicita erat de Archiatri ſui valetudine, ad vicina in arce Fridericiburgica tempe transferebatur, aeris ibi purioris trahendi cauſſa. Cum acceſſiſſet, nonnihil levaminis initio percipere viſus erat ſibi & aliis, ſymptomatum vehementia tantillum mitigata, ut ſpes ingens affulgeret felicius omnia caſura, nec rem plane eſſe in conclamato. Sed & heic tamen, ut ille ait, in medio Tibure Sardinia erat, cum fatorum lege omnia poſtea in pejus ruerent, & corpus denique languore & pervigilio confectum febri decretoria penitus opprimeretur. Cujus ille aſſultum forti & ad omnia præparato pectore excipiens, poſt decendii in Fridericiburgenſi ſeceſſu moram Hafnienſes lares repetiit, gra-

tiis

tiis prius devotiſſima mente Reginæ pro tam effuſa indulgentia perſolutis, amicis, quorum inſolabilis erat in hoc diſcrimine ægritudo, æternum valere juſſis. Domum vix relatus, qui nemini unquam in vita gravis fuerat, erga omnes mirum in modum placidus, placida morte, quaſi ſomno preſſus, occubuit poſtridie iduum Juniarum, anno quarto decimi octavi a nato Servatore ſæculi, ſexagenarium vix egreſſus, longiori ſane vita, ſi quisquam unquam alius, longe digniſſimus. Exuviis terræ matris gremio illatis juſta funebria fecit *D. Bartholdus Botſaccus*, Theologiæ Profeſſor celeberrimus & ſacri cœtus, qui in D. Petri æde colligitur, antiſtes maxime venerabilis. Fuſius & curatius omnia, quæ nos heic ſtrictim recenſuimus, enarrata legantur in diſertiſſimo programmate ad funeris ſollemnia ſcripto, quod ne cum aliis hujusmodi palantibus chartis intercideret, ſummis vir *D. Henricus Pippingus*, ſacrorum in aula Electorali Saxonica Præſul Conſiſtorianus judicio delegit ac ſacris ſcriniis illatum, in quibus ſeptuaginta Theologorum ac ſeptem alterius quidem ordinis, ſed ſacris tamen ſtudiis atque operibus illuſtrium virorum memoriæ ſervantur, a ſitu & oblivione vindicavit.

Habitu corporis erat Francus robuſto ac procero, ſtatura firma & in decoram gravitatem erecta. Facies ei aperta, plena, & mixtam cum lepore humanitatem ſpirans; oris mira concinnitas genarum roſeo nitore adornata, vox acuta & ex meraciori potu, cum ætas ingraveſceret, nonnihil ſtridens, ſonora tamen & auribus perceptu non inſuavis; oculorum obtutus comitatem præ ſe ferebat & placidam manſuetudinem, qua vultus primo adſpectu ſeverioris lineamenta temperarentur; ſupercilia nec faſtum notabant, nec indignationem, ſed in ſinus, leniter inflexos arcuata, quaſi gemina iride coronabant feſtiva oculorum lumina; frontis eximius decor in ſerenam ſuavitatem exporrectus conciliandis ſibi omnium animis a natura factus videbatur. Ut verbo complectar: aut in hoc, aut in nullo alio obſervares illam filiis ſuis tantopere abs Hippocrate commendatam habitus ac mo-

ris elegantiam, adeo in ejus formatione omnia videntur conſpiraſſe ſumma concordia, ut gratioſus plane ac omnibus humanæ perfectionis numeris abſolutus Medicus naſceretur. Veſtitu utebatur commodo cumprimis, & qui corporis dignitatem deceret, ut nec in aulis verſantem profuſior luxus invidiæ palatinorum exponeret, nec in caſtris inficerent ſordes ſtratioticæ, neque quidquam eſſet in eo ineptiæ pædagogicæ (vulgus pedantiſmum vocat) ubi inter Academicos verſaretur. In animi dotibus recolendis, cum ex antea commemoratis facile colligantur, vela licebit contrahere. Ingenium, quod a natura nactus erat amœnum, perſpicax, ſubtile & difficillimis etiam rerum momentis pertractandis idoneum, ſtudio liberali ita perfecerat, ut nihil ei eſſet abſtruſum, nihil inacceſſum, & de omnibus, quæ ad ſcientias quidquam attinent, ubi occaſio daretur, diſſereret copioſe, lucemque afferret ſine mora obſcuriſſimis diſceptationibus, ſi eo præſente agerentur. Juvenem ad ſe ſuavitate ſua pertraxerant amœniorum literarum ſtudia, ut ad criticen usque proceſſerit ac ſæpenumero corrupta in Græcis ac Latinis auctoribus loca ex ingenio emendaverit, quem in has delicias amorem neque pragmaticum poſtea vitæ genus, neque corporis ſenio debilitati tædia potuerunt extinguere. Poeticæ facultatis præcipue fuit compos, & extemporali facilitate verſiculos effudit citius, quam alii admorſis ad ſanguinem unguibus longo ſtudio conficerent. Philoſophiam, qualis hodie nitore & concinnitate ſpectabilis docetur, parcius attigit, præterquam illam rerum naturalium formas ac mutationes proſequentem, quam accurato utique ſtudio perveſtigavit, & probe perſpecta utriusque mundi ejusque partium hiſtoria aditum ſibi paravit planum & expeditum, ad recondita atque abſtruſa artis, in qua eminuit, myſteria. His initiatus, & in cadaverum ſectionibus, plantarum & hyles iatricæ cognitione, chemicisque laboribus probe exercitatus nihil habuit antiquius, niſi ut morborum naturam prius intelligeret, quam ad illos curandos proveheretur, neque cruda & im-

immatura ſtudia propelleret ad lectulos decumbentium, ſed optimos & peritiſſimos ſectatus magiſtros, perſpectis demum atque accurate expenſis rerum agendarum momentis, ad praxin clinicam procederet. Salſe ridebat ſæpenumero inſipientiam eorum, qui ad conſultationes vocati, ubi de proximo morbi genere conſtituendo tractatio eſt, ſaltim eſſe debet, in alia omnia dilapſi de triplicis elementi particulis garriunt, de hamatis, de ſtriatis, de poris ætheri peregrino imperviis, quaſi inter occultas veterum qualitates, quas ineptiſſimo riſu exagitant, & hanc mirabilem peregrini moris ætherem quidquam differentiæ intercederet: denique ſi nihil iſtæc omnia ad rem profitearis, aures tibi commentis frigidiſſimis obtundunt, & moleculas ſuas vel centies ingerunt ipſo nomine monſtroſas, cum nemo, cui ſinciput ſanum eſt, gigantulas vel procellulas ſerio dixerit. Certe qui hæc luxuriantis ingenii commenta quidquam ad morbos ſanandos conferre ſomniant, hos eodem ferme veſaniæ genere correptos apparet, quo illi agitarentur, qui Tullii aliquam orationem aut Maronis Aeneida in prima literarum elementa diſcerptas verius, quam reſolutas, adoleſcentibus ridicula oſtentatione exponerent, & in miro artificio ſibi ac ſagacitati ſuæ plauderent, in hoc uno potiſſimas Poetæ atque Oratoris partes contineri & maxime abſolvi clamitantes. Incongruum eſt omne, quod e longinquo petitur, cum ſalus hominum in diſcrimine verſatur, ſubſidium; nec remotiſſimæ hujusmodi ab affectus natura ideæ ad eum curandum ducunt; abducunt magis & impediunt, immo (quod Thaleti contigit nocturna deambulatione ſidera contemplanti, cum viæ potius ſalebras deberet) in foveam præcipitant. Propius debent noſci valetudinis hoſtes, cum quibus cominus eſt pugnandum, ſi debellare velis & victos in triumphum ducere. Hac in re, ſi verum fateri velimus, immane quantum dicemus præſtitiſſe felicia artis noſtræ conditorum ingenia novorum hominum arrogantiæ, quorum ſciolis & frivolis plerumque vitilitigationibus eo fere noſtris temporibus res devenerat,

rat, ut vera genuinaque medicandi ratio inter amiſſa ac deperdita reputaretur. Veruntamen quæ læta eſt negotiorum ſubinde conclamatorum converſio, excitati tanquam a veterno præclariſſimorum hujus ætatis virorum animi fortiter ſeſe opponunt futilibus ſtrophis jam ad meram barbariem proclivibus, & viam multo abhinc tempore deſertam relegunt monſtrantque diſcendi cupidis, qui calcata a patribus veſtigia premendo per accuratas morborum ac ſymptomatum obſervationes, præſidiaque iisdem ratione applicata recte ac feliciter in artis operibus diſcunt progredi. Non alia ratione ad illum famæ & præclare factorum, quem in arte obtinuit, apicem graſſatus eſt Francus; neque alio itinere alumnos deduxit, quorum ſane plurimi ex ejus ſchola egreſſi optato utique ſucceſſu medicinam faciunt, & in civitatibus, in Academiis, in Regum Principumque palatiis gratiſſima cum meritorum tanti præceptoris commemoratione verſantur. Neque inter hæc duntaxat pomœria ſeſe continere poterat magnus noſtri animus, in omnem, quacunque patet, doctrinarum ambitum diffuſus; juris etiam prudentiam, quæ ſororio in quamplurimis nexu arti noſtræ jungitur, ſtudio pertinaci attigerat, adeo ut amici ſui *Joannis Wolfgangi Textoris*, JCti celeberrimi ſuaſu & conſilio oblatam lauream ſupremi in jure utroque honoris indicem pene fuiſſet paſſus vertici ſuo imponi, niſi ſatius duxiſſet mereri ejusmodi ornamenta quam adipiſci. Egregiæ certe acceſſiones, quibus præclarum *Pauli Zachiæ* de quæſtionibus medico-legalibus opus locupletavit, ſatis loquuntur ad omnia ſufficientis vigorem ingenii. De ſacris ſtudiis non dubitabit, qui exegeticos in divinum codicem commentarios cogitaverit, quorum e plus quam ter mille auctoribus congeſtorum molem in plura volumina novimus excreviſſe. Scriptorum, ſaltem præcipuorum, ſeriem heic recenſeremus, a filio jam duodecimo abhinc anno peculiari ſyntagmate conſignatam, niſi ea commodius ad calcem hujus ſcriptionis ſubjecta legi poſſe, in proclivi eſſet

judi-

judicare. Hac induſtriæ in omni doctrinarum encyclopædia exercitatæ conſcientia, nunquam fuit inflatus Georgii animus, ut potius ſpicæ in morem granorum copia turgidæ caput demitteret, quod alii, in quibus nihil aut parum eſt bonæ frugis, ridendo faſtu attollunt & immenſos, niſi diis diſpliceret, eruditionis ſuæ fines ſoli ac ſine æmulo admirantur. Norunt omnes, quibus Francum noſſe datum fuit, quam feſtivo fuerit vir amœniſſimus ingenio, quam referto ſalibus & lepore mirifico, ut ejus conſuetudine non niſi invitiſſime carerent, quibus ſemel facta fuiſſet ſuaviſſimarum cum eo confabulationum copia, eſſetque eam ob rem non minus gratus genio virorum Principum, quam ob medendi peritiam, qua pollebat prorſus. Nihil enim magis decet curandæ mortalium ſalutis artificem, quam hæc moris ſuavitas & elegantia, qua mirum in modum mulcentur depreſſi ægrotantium animi, & dolore angoribusque miſere confecti recreantur. Solent, qui ita ſunt affecti, erga omnes eſſe benefici & obvia humanitate venientes opemque implorantes excipere. Franco nihil humanius, qui ſive conſilio eſſet opus, ſive officio, nunquam deſeruit horum indigos, & ſæpe cum diſpendio rei familiaris juvit egenos, etiam qui pudore intempeſtivo retenti mala, quibus conſumerentur, nollent exponere. Nemo ab ejus adſpectu triſtis receſſit unquam; nemo cui dicta aut facta noſtri graviter ceciderint, aut quacunque in re fuerint damnoſa; e contrario nullas eſt in vita defugiſſe viſus curarum ſollicitudines, laborumque moleſtias, non alio conſilio, niſi ut opitularetur ejus auxilia implorantibus, & quacunque opera de clinicis, de re publica, de univerſis bene liberaliterque mereretur. Virtutum chorum, quarum ſane nulla in Franco deſiderabatur, coronabat religioſa in DEUM pietas, complementum ac cynoſura ceterarum omnium, quæ in mente noſtri ſedem ac domicilium invenerant. Hæc una, cum ceterarum monumenta diſpereant, ſuperſtes cœlo intulit

ac beatarum mentium habitationibus animam Servatoris gratia ac merito a nævis, qui humanæ conditioni obhæſerant, perpurgatam. Hæc & hujus vitæ commodorum & æternitatis promiſſionem habens, felicem modis omnibus reddidit ac verorum copia bonorum affluentem, animumque in adverſis æque ac proſperis conſtanti ſerenitate gaudentem immortalitati conſecravit. Fuit autem hæc non fucata, qualis eſt apud multos, ſed ſincera prorſus & notis inſignis omnibus, quæ ad diſcernenda a vero ſimulata requiruntur. Ab eo ſane tempore, quo matrimonium celebravit, ſacrum Bibliorum codicem ſeptuagies quinquies perhibetur a capite ad calcem pio ſtudio perlegiſſe, quod probe ſciret proſpera omnia DEVM ac divina amantibus, adverſa & triſtia ſpernentibus evenire, adeoque primam eſſe patrisfamilias curam gerendam, ut & ipſe majores cotidie in animi ſanctimonia profectus ſentiat, & ſuis exemplo ſit, ac facem præferat ad vitæ hujus curriculum ſumma fidei ac probitatis contentione emetiendum. Neque lectione ſolum vaga & perfunctoria fuit delectatus; exegeticæ iſtæ, de quibus ſupra dictum, commentationes fidem faciunt, quantam adhibuerit curam, ut nihil intelligentiam fugeret eorum, quæ difficiliora poſſent haberi, & crucem figerent interpretibus. Hac cum eſſet mente, tametſi plures haberet Saxoniam relinquendi cauſſas, eam tamen principem fuiſſe novimus, quod, cum propius intueretur, qua paucorum hominum vafritie & technis, ceterorum vecordia & ſimplicitate, inſulſi de ſecta pietaticultrice clamores in vulgus exirent, nihil tamen efficere poterat auctoritate ac ſalutaribus monitis, ut, quod optandum unice erat, propudioſæ litis contentio in herba ſuffocaretur. Advenerat enim Vitembergam eo tempore, cum inveniſta faba, pene fabulam dixiſſem, cuderetur, nec erat obſcurum, cujus exitio ea eſſet deſtinata; unde quæ turbarum ſemina infauſtum germen eſſet producturum, quo erat judicio & perſpicacia, facile prævidebat, & ut inſubidos animorum impotentium motus

tus quovis modo compeſceret, ſummo opere ac viribus nitebatur. Cum nihil efficeret, dolebat ſerio ſæculi infelicitatem, cujus uti primordia ridiculis de fraternitate rhodoſtaurotica commentis eſſent fœdata, ita nunc termini fraudibus haut paullo magis pernicioſis a cohortis impietiſticæ fratribus contaminarentur. Igitur rei motus indignitate ac moleſtiarum pertæſus DEO, cui ſemper adhæſerat, ſe ſuaque omnia animo prorſus tranquillo reſignabat, ejusque nutum, cum in Daniam vocaret, nihil quidquam obluctans aut refragatus ſequebatur, ea cogitatione inter alia ſe firmans, breviorem ad polos & plane expeditam eſſe viam e ſeptemtrionibus. Nos augurii veritatem ex eventu æſtimantes, ut æternum bene ſit animæ, ſi qua fuit unquam, deſideratiſſimæ pio voto ac precibus obſecramus, ejusdemque, quam luctu hactenus ac ſuſpiriis ſumus proſequuti, nunc erectis in lætiora animis veneramur immortalitatem. In cujus conſiderationem defixa mens heic ſane altius exſurgeret & barbito correpto, quod proſa occœpit, vorſa ad finem oratione terminaret elogium, niſi affinis *C. V. Rodriguezii* Muſa præluſiſſet elegantiſſimo carmine, quo, tanquam fulgenti gemmula, hæc obſignamus:

Phoebe Pater, ſeu te tua poſſidet inſula Delos,
Aut Paros Aegeis inſinuata vadis;
Sive ſacra inſpiras cortinae murmura Delphis,
Vocalemve tuo reddis ab ore Claron;
Sive legis teneras in monte bivertice frondes,
Atque Aganippeo perpluis imbre caput,
Facundaque agili plectuntur pectine chordæ,
Et ſocias animant, numina caſta, deas;

Sive ſalutiferas arceſſis ab Iſide vires,
Poculaque infeſtam frangere nata luem,
Afficiant te ſi qua tuæ diſpendia gentis,
Et valeant pectus dilaceraſſe tuum,
Deliciis abſiſte tuis: involve nigranti
Faſtiditum ebur & lumina moeſta peplo.
Pulverea flavos caligine perde capillos,
Forficis aut atri dente premente ſeca.
Frange viam pullæ, qua repis, ſyrmate veſtis,
Plange ſinus, tunicam deripe, tunde genas,
Buxeus ora, pio confectus pectora queſtu,
Inque meras lacrumis colliquefactus aquas.
Qualis cum trifidis proles, Epidaurius, armis
A Jove fulmineo percuteretur, eras.
Obriguit tandem, compoſtus & oſſa feretro
Ille tuum exceſſit Phillyridumque decus.
Nec juvat inſtantem naulo ſpoliaſſe Charontem,
Et Lacheſi longas præcipuiſſe moras.
Nec juvat in multas vitam eduxiſſe palæſtras,
Ingenioque ipſos corripuiſſe deos.
Nec juvat Aſtrææ ſervaſſe in lancibus æquum,
Atque animi nunquam contemeraſſe nives.
Denique nulla juvant laudum religata corymbis
Nomina & in varium didita ſolis iter.

FRAN-

FRANCVS eheu! riguit, cineresque per omnia ſparſit
Germina Poeonio nata, vel aucta, choro,
Languefacitque gravi medicos uredine campos,
Et poterunt herbæ cum moriente mori.
Jam ſibi laxatas Libitina arreptat habenas,
Invehiturque altis imperioſa rotis.
Convocat & famulos, examina pallida, morbos,
Jam volvens animo liberiore neces.
Hinc proreptat hydrops, & putres bajulat undas,
Inde ruunt clauſis tormina coeca minis.
Hinc nova febriles cudunt incendia flammæ,
Inde parat croceis icterus ire genis.
Colligit hinc nebulas vertigo, caputque rotare
Inſtituit, mentis ſubruitura domos.
Inde coquit lentum ſcelotyrbe, verna trionum,
Virus, in indigenas pernicioſa ſuos
Vndique morborum nova concipit Ilias auſa,
Atque ſibi membrum quisque rebelle legit.
Quoque magis poſſint vitæ convellere ſtamen,
Et trahere ultores in ſua vota deos,
Funere cum tanto Themidi ſubducere lances
Mors velit, ut recti commoriatur amor.
At vos mentitis petulantes viribus hoſtes,
Tuque dea æterna nocte revincta caput,

In mera quæſitis juratis funera cauſſis?
Creditis hos vobis reddere frena rogos?
In vanum conatus abit. Qui foſſus ab ictu
Mortis amat ſolio cominus ire Jovis,
Se totum expreſſa compegit imagine terris;
Implebit, vindex nominis, illa vices,
Non aliter Pharius ſeſe ipſe reſeminat ales,
Ac ſuperum incurrunt nomina magna plagis;
Vt conſanguineis FRANCVS ſeſe intulit aſtris
Quo teneat vultu proximiore DEVM.
In geminum heredem junctos diſtinxit honores,
Filius ut junctim reddat uterque patrem.
Juſtitiæ templum conſervandumque tribunal
Alter adit; medicam porrigit alter opem.

SCRIPTORUM
A GEORGIO FRANCO DE FRANKENAV
OPERUM AC SCHEDIASMATUM SYLLABUS.

EDITA.

DIſputatio *de Colica*, ſub præſidio *Jo. Alb. Sebizii*, habita *Argent.* 1665. Q.
Inauguralis *de Pleuritide. ibid.* 1666. Q.
Lexicon Plantarum uſualium. *ibid.* 1672. D.
Flora Francica. *ibid.* 1685. D.
Programma botanicum *Floræ Napaciſque* ſacratum. *Heidelb.* 1677. F.
Aliud *genio naturæ* ſacrum. *ibid.* 1678. F.
Floralia terræ Palatinæ, ubi *de re herbaria*, ejusque *ſcriptoribus*, *hortis medicis*, *creophagia* antediluviana &c. *ibid.* 1679. Q.

Viri-

Viridaria agri Heidelbergenſis, in quibus *de palingeneſia* plantarum, animalium, hominum. *ibid.* 1680. Q.

Chloris Palatina, *de inſitione* plurium arborum in unam, *ac de iconibus* plantarum. *ibid.* 1681. Q.

Antheſphoria Palatina, ex antiquitate ad *rem herbariam* adplicata. *ibid.* 1683. F.

Ambarvalia Heidelbergenſia, ubi de *fratribus arvalibus*, ſolitaurilibus, ſuovetaurilibus &c. *ibid.* 1687. Q.

Synopſis *inſtitutionum* Medicinæ. *ibid.* 1672. D.

Methodus docendi *Medicinam. ibid.* - - - D.

Delineatio communis *doſium* medicamentorum. *ibid.* - - - D.

Diſſertatio Principalis *de Hæmorrhoidibus. ibid.* 1672. Q.

De *Muſicæ* uſu in morbis. *ibid.* 1672. D.

De *Reſtitutione in integrum*, ſeu chirurgia curatorum. *ibid.* 1672. Q.

De *umbilico*, vaſis umbilicalibus, ſecundinis. *ibid.* 1673. Q.

Inauguralis de *Abortu. ibid.* 1673. Q.

Inauguralis de *ſuffocatione hypochondriaca. ibid.* 1673. Q.

Inauguralis de *Philtris. ibid.* 1673. Q.

De *Saliva* & vaſis ſalivalibus. *ibid.* 1673. Q.

Inauguralis de *ſterilitate* muliebri. *ibid.* 1673. Q.

De *Alapis* earumque uſu in morbis & noxa. *ibid.* 1674. Q.

De *Lupanaribus* ex Republica proſcribendis & *ſemine* virili. *ibid.* 1674. Q.

Inauguralis de *Febre militum* diætetica. *ibid.* 1674. Q.

Inauguralis de *Soldanella. ibid.* 1674. Q.

Inauguralis de *Scorbuto. ibid.* 1674. Q.

Inauguralis de *amputatione* artuum. *ibid.* 1675. Q.

Oratio de *Studiorum* noxa. *ibid.* 1675. Q.

Satyra Medica, de *Præputio*, *Hymene*, *Phœnice*, *Agno vegetabili*, *Pullitie* Agyptiorum, *Homunculo* Paracelſi aliisque in Phyſica & Medicina fabulis. *ibid.* 1673. Q.

Satyræ Medicæ continuatio I. de *caſtratione* mulierum, *ſuccino* & *venæ* ſectione. *ibid.* 1673. 1677. Q.

Con-

Continuatio II. de *Purgantibus* per auditum, adſpectum, guſtum, odoratum, inſomnia, contrectationem, inunctionem, chirurgiam infuſoriam &c. agentibus, it. de *Cryſtalli* natura. *ibid.* 1674. Q.

Continuatio III. de generatione ac partu *impuberum*, de fetu gravido, & *mortua* pariente. *ibid.* 1674. Q.

IV. de *Teſtium* ſubſtantia in viris ac mulieribus. *ibid.* 1674. Q.

V. De ſanguinis *menſtrui* natura & curioſis. *ibid.* 1674. Q.

VI. de defectu *partium nobiliorum*, vita ſalva. *ibid.* 1675. Q.

VII. de *Anguillis*, laxatione *oſſium pubis* in puerperis, & *methodo medendi* in compendium redigenda. *ibidem.* 1675. Q.

VIII. de *vaticiniis* futurorum in ægris. *ibid.* 1675. Q.

IX. de *Linguis* peregrinis e morbo infuſis. *ibid.* 1676. Q.

X. de *auribus* humanis mobilibus. *ibid.* 1676. Q.

XI. de noxis aſſerculorum, a Gallis *Planchettes* vocatorum. *ibid.* 1676. Q.

XII. de *Superfetatione.* *ibid.* 1676. Q.

XIII. de *Terra* Lemnia. *ibid.* 1676. Q.

XIV. de triplici *Lacte* virginis, Phyſiologico, Therapeutico & Phyſico. *ibid.* 1678. Q.

XV. de *Vitro* & hyalophagis. *ibid.* 1678. Q.

XVI. de *Rachitide* & Cometis. *ibid.* 1680. Q.

XVII. quamdiu ſit *dormiendum?* *ibid.* 1681. Q.

XVIII. de *Ovis* Paſchalibus. *ibid.* 1681. Q.

XIX. de *Frenuli* ſublingualis inciſione. *ibid.* 1682. Q.

Tractatio Philologico-Medica de *Cornutis.* *ibid.* 1676. Q.

Diſputatio inauguralis de *Carbunculo.* *ibid.* 1682. Q.

Alia de *Nakir* Arabum. *ibid.* 1684. Q.

Agoniſmata Phyſico-Medica I. de potu *aquarum* coctarum, topicis *ſtomachicis*, elective *purgantibus*, *pilularum* imparitate, *convulſionibus*, *meconio*, *catarrhis* hieme collectis. *ibid.* 1682. Q.

Agonismata Phyſico-Medica II. de *transplantatione*, *variolis, tusſi*, pinguedinis *lucii* inunctione, ſignis e *lingua* petendis. *ibid.* 1682. Q.

Agonismata III. de *formulis* medicamentorum ſesquipedalibus, *pretioſis* cordialibus, *pleuritide* verna, *antimonii diaphoretici* noxa. *ibid.* 1682. Q.

IV. de *Obſtetricum* inſcitia, *ſuperſtitione*, *uroſcopiæ* fraudibus, *lienis* morbo, *agyrtarum* audacia, liberorum pharmaca horrentium *contumacia*, de *collo* contra catarrhos muniendo. *ibid.* 1682. Q.

V. de *ſcabie* capitis, *Chirurgiæ* præſtantia, *ſepto cordis* pervio, *febrifugis*. *ibid.* 1682 Q.

VI. de Imprudentia in *Venæſectione* & ad eam inſtrumentis, de *ſiti* hydropicorum immani. *ibid.* 1682. Q.

VII. de *Clyſterum* uſu multiplici, eorumque pudicis injiciendorum ratione, de diverſo *partium* ſitu. *ibid.* 1683. Q.

VIII. de *Clyſterum* numero, uſu in *dyſenteria*, & circa eosdem cautelis, de rejectione eorum per os, de *fonticulo* in hydrocephalo & catarrhis ſanandis, de numero *dejectionum* & purgante. *ibid.* 1683. Q.

IX. de *cardiaca* infantum, nugis *obſtetricum* & *ſuſceptorum*, querelis *practicorum* & *methodo* medendi. *ibid.* 1683. Q.

X. de *Phyſicæ* neceſſitate, nugis circa morbos *puerperarum*, erroribus circa *nutrices* ac *ſuſceptores*, ridiculo *eryſipelatis* remedio. *ibid.* 1683. Q.

XI. de *Pareſi* & medicamentorum *ſimplicium* laudius. *ibid.* 1683. Q.

Diſputatio privato-publica I. de *Nervis*, *Nutrimento* partium, *eclipſibus* lunaribus, *fluviorum* origine & arte *culinaria*. *ibid.* 1679. F.

Diſputatio II. de *calido* innato, *concoctione* ab acido, *animalium* ori-

origine ex putredine, *aſtrorum* influxu, *plantis* ſenſitivis, *nævis*, *Muſicæ* uſu in morbis. *ibid.* 1679. F.

III. de transmutatione *metallorum*, ſpiritu *panis* & a pane abhorrentibus. *ibid.* 1679. F.

IV. de *acido* in aëre & alimentis, *felle* columbarum, *glandularum* diviſione, *liene* melancholiæ ſede, *glandula pineali*, & *anguillarum* productione. *ibid.* 1679. F.

V. de *Uromantia* & præſtantiæ *Medicos* inter ac *JCtos* certamine. *ibid.* 1679. F.

VI. de *aëris* ſubtilitate & noxa, *aquis* deſtillatis, *cerumine*. *ibid.* 1679. F.

VII. de nutrimento *aquarum* ex animalibus deſtillatarum, *morbis* ſupernaturalibus, *cœna* & *prandio*. *ibid.* 1680. F.

Collegii diſputatorii ad inſtitutiones medicas *Conamen* I, II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. *ibid.* 1686. 1687. Q.

Bona nova *Anatomica*. *ibid.* 1686. Q.

De morbis acutis *gravidarum*. *ibid.* 1684. Q.

De præcipuis *Anatomicis*. *ibid.* 1679. Q.

Parva Bibliotheca *Zootomica*. *ibid.* 1680. Q.

De *autopſia* & *iconibus* anatomicis &c. *ibid.* 1683. Q.

Programma ad exercitationes anatomicas. *ibid.* 1685. Q.

Aliud lingua vernacula conſcriptum. *ibid.* 1681. F.

Diſſertatio inauguralis de *Atrophia*. *ibid.* 1683. Q.

Alia de *Apoplexia*. *ibid.* 1676. Q.

Alia de *Medico* monſtroſo. *ibid.* 1677. Q.

Alia de *Phthiriaſi*. *ibid.* 1680. Q.

Alia de *Mola*. *ibid* 1680. Q.

Alia de *Millepedibus*. *ibid.* 1679. Q.

Alia de *Mania*. *ibid.* 1680. Q.

Alia de *Naſo*. *ibid.* 1679. Q.

Alia de *Hectica*. *ibid.* 1679. Q.

Alia de morbo *virgeneo*. *ibid.* 1680. Q.

Alia de *partu* difficili. *ibid.* 1680. Q.

Alia de *ambuſtis*. *ibid.* 168'. Q.
Alia de *halitu* humano. *ibid.* 1681. Q.
Alia de *Riſu* Sardinio. *ibid.* 1683. Q.
Alia de *Colica*. *ibid.* 1681. Q.
Diſſertatio de *Coryza*. *ibid.* 1685. Q.
Inauguralis de *empyemate* ex pleuritide. *ibid.* 1685. Q.
Alia de malo *citreo*. *ibid.* 1686. Q.
Alia de primaria *cauſſa* morborum. *ibid.* 1686. Q.
Alia de *Dyſuria* ad ſtranguriam vergente. *ibid.* 1686. Q.
Alia de *labiis* leporinis. *ibid.* 1686. Q.
Alia de *verrucis*. *ibid.* 1688. Q.
De *calumniis* in Medicos & *Medicinam*. *ibid.* 1686. F.
De *Medico*, ubi Phyſicus deſinit, incipiente. *ibid.* 1686. F.
De *Medicina Magnetica* Guil. *Maxvelli* liber a Georgio *Franco* primum editus. *Francof.* 1679. D.
Lapicidinæ Microcoſmi præludium. *Heidelberg.* 1685. Q.
Lapicidina Microcoſmi in *Capite*. *ibid.* 1688. Q.
Lapicidina Microcoſmi in *Thorace*. *ibid.* 1689. Q.
Paulli *Zachiæ* Quæſtiones medico-legales cum notis Caſp. *Ziegleri*, Henr. *Cocceji*, Ulric. *Huberi*, Henr. Günth. *Thulemarii* & Georg. *Franci*. *Francof.* 1688. F.
Mich. *Ettmulleri* Opera cum Georg. *Franci* præfatione. *ibid.* 1688. F.
Ovidii *Montalbani* Dendrologia, cum Præfatione *Ejusdem*. *ibid.* 1690. F.
Chriſtiani *Langii* opera cum G. *Franci* præfatione. *ibidem.* 1688. Q.
De *Academiis* Europæ. *Heidelb.* 1678. F.
Programma ad Orationem de *Heidelbergenſis* Academiæ ortu & progreſſu. *ibid.* 1686. F.
Invitatio ad tertium Academiæ *ſeculare* feſtum. *ibid.* 1686. F.
Comparatio *Medicinæ* cum Oceano. *ibid.* 1678. F.

De

De origine *Feudorum* & claris eorum ſcriptoribus. *ibid.* 1678. F.

Programma ad lectionem de *Veneris* noxa. *ibid.* 1677. F.

Programma ad orationem de *ſalute Reipubl.* Medica. *Vitemb.* 1690. F.

Diſſertatio inauguralis de *Syphilide. ibid.* 1690. Q.

Alia de flumine *dyſenterico. ibid.* 1690. Q.

Alia de *Hydrope* aſcite. *ibid.* 1690. Q.

Alia de *Theriaca* cœleſti. *ibid.* 1691. Q.

Alia de *variolis. ibid.* 1692. Q.

Diſſertatio epiſtolica de *Medicis* Philologis. *ibid.* 1691. Q.

Programma *Decanale* in honorem X. Medicinæ Doctorum conſcriptum. *ibid.* 1691. F.

Sole oriente hilaritas publica. Ad Sereniſſimum Saxoniæ Electorem JOANNEM GEORGIVM IV. regiminis auſpicia capientem *allocutio G. Franci* Academiæ Vitemb. Rectoris Magnifici. *Dresd.* 1692. F.

Obſervationes Phyſico-medicas *Ephemeridibus* noſtris illatas heic non recenſemus, cum in Decuriarum priorum indice facili opera poſſint requiri.

Conſulto etiam, quæ ab anno MDCXCII. edidit, heic præterimus, cum de iis certi nihil habeamus compertum.

INEDITA.

Conſiliorum & *Reſponſorum* Medicorum aliquot volumina.

Faviſſæ *Medicæ* ac *Phyſicæ* VIII. voluminibus comprehenſæ.

De *vitis Medicorum* quavis ætate Illuſtrium opus magni laboris in III. volumina digeſtum.

Obſervationum Medicarum tomi II. ingens experientiæ jatricæ theſaurus plurium annorum, quibus praxin feliciſſimam exercuit, induſtria collectus.

Carminum diverſis temporibus ſcriptorum, ex quibus paucisſima lucem viderunt, III. tomi.

Orationes varii generis ac *Programmata* tam ſuo, quam aliorum nomine propoſita, II. incluſa voluminibus.

Animadverſiones in XII. Cæſarum hiſtoriam a *Suetonio* ſcriptam, quibus ea præcipue, quæ Phyſici aut Medici ſunt argumenti, attinguntur.

In *Cœlium Aurelianum* notæ bonæ frugis pleniſſimæ & cumprimis expetendæ.

Epiſtolæ *Ariſtæneti* eroticæ, cum MSto codice *Jo. Sambuci* collatæ, & *Petri Lambecii* ineditis hactenus annotationibus illuſtratæ, cui ſuas adjecit *Noſter*, fructum ſtudii juvenilis doctrina atque amœnitate præſtantem.

Obſervationes in *Linguam* & Poeſin *Germanicam.*

Commentarii in *ſacram Scripturam* exegetici, de quibus in elogio dictum.

Epiſtolarum ad Reges, Principes, Magnates, horumque reſponſoriæ ſpiſſo ſatis volumini illatæ.

IV. Volumina *Epiſtolarum* ad eruditos cujusvis ordinis, in omnibus Europæ, & extra eam, angulis latitantes perſcriptarum, una cum reſponſoriis. Opus elegantiſſima rerum varietate & ſelectu præ ceteris commendabile. Nomina omnium, qui commercii hujus epiſtolaris conſortes fuere, anguſtiores chartæ termini non caperent. Aliqua ſaltem heic deſignari, non abs re eſt futurum, ex quibus de ceteris pronum ſit judicare. Sunt autem iſta nullo alio, quam alphabetico præter propter ordine diſpoſita: Joan. Henr. *Agerius*, Jo. Frid. *Almacher*, Theod. Janſonius

nius ab *Almeloveen*, Paul. *Ammanus*, Jo. Sam. *Anhorn* ab Hartwiſs; Thom. *Bartholinus*, P. Caſp. *Bartholinus* F. Jo. Caſp. *Bauhinus*, Nic. Guil. *Beckers*, L. B. a Walhorn, Jo Ferdin. a *Behamb*, Jo. Nic. *Binningerus*, Reinoldus *Blumius*, Jo. Frid. *Boekelmanus*, Jo. *Bohnius*, Ol. *Borrichius*, Barthold. *Botſaccus*, Robert. *Boyle*, Clem. Joſ. *Brechtius*, Ol. *Bromelius*, Jac. Panc. *Bruno*, Dan. *Bſcherer*, Jo. Rad. *Burcardus*; El. Rudolf. *Camerarius*, Rud. *Camerarius*, F. Jo. Georg. *Cariſius*, Frid. Ben. *Carpzovius*, Moyſes *Charas*, Urb. *Chevræus*, Andr. *Cleyerus*, Jo. Laur. *Crollius*; Jo. *Dolæus*, Jo. Dan. *Dorſtenius*; Al. Maurit. *Eggerdes*, Huld. ab *Eyben*. Henr. *Eyſſonius*; Jo. Matthias *Faber*, Jo. Alb. *Fabricius*, Jo. Mich. *Fehrius*, Joach. *Fellerus*, Jo. *Francus*, Jo. Arn. *Fridericius*, Mart. Frid. *Friſius*, Jo. Chriſtoph. *Frommannus*; Jo. Godefr. *Geilfuſius*, Henr. *Glaſerus*, Jo. Georg. *Grævius*, Chriſtian. *Gryphius*; Joan. Jac. *Harderus*, Joan. Henr. *Heideggerus*, Mich. *Heilandus*, Godefr. *Hennike*, Magnus *Heſenthalerus*, Urban. *Hiarne*, Maur. *Hofmannus*, P. Jo. Maur. *Hofmannus*, F. Jo Dan. *Horſtius*, Pet. *Hotton*, Volrad. *Huxholtius*; Jo. Ferd. *Illmer* a Wartenberg, Jo. *Jonſtonus*, Jo. Helfr. *Jüngken*; Mart. *Kergerus*, Athan. *Kircherus*, Eman. *Koenigius*, Jo. *Kuefferus*, Joach. *Kuhnius*; Chriſtian. Jo. *Langius*, Joſ. *Lanzonus*, Eccard. *Leichnerus*, Franc. *Leo* ab Erlsfeld. Mich. Frid. *Lochnerus*; Jo. *Mabilio*, Ant. *Magliabechius*, Marc. *Mappus*, Er. *Mauritius*; Otho *Menckenius*, Fel. Chriſtoph. *Menzerus*, Balth. Chriſtoph. *Metzgerus*, Jo. Sebaſt. *Mitternacht*, Joh. *Moeglingus*, Henr. a *Moinichen*, Dan. Guil. *Mollerus*; Dan. *Nebelius*, Laur. *Normannus*; Henr. *Oldenburgius*; Jo. *Palatius*, Guido *Patinus*, P. Car. *Patinus*, F. Matthæus *Paulli*, Jo. Guil. *Paulli*, Georg. Chriſtoph. *Petri* ab Hartenfels,

fels, Jo. Cunr. *Pegerus*, Jo. Chriſtoph. *Pfeilius.* Georg. Pet. *Piererus*, Caſp. *Poſner*, Jo. *Prettenus*; Car. *Raygerus*, Jul. *Reicheltus*, Chriſt. Ern. a *Reichenbach*, Sal. *Reiſelius*, Jac. *Rhenferdius*, Vit. *Riedlinus*, Jo. Lud. *Ringelmanus*, Aug. Quir. *Rivinus*, Guern. *Rolſincius*; Jo. Rod. *Salzmannus*, Alb. Günth. *Saxo*, Seb. *Schefferus*, Jo. Val. *Scheidius*, Luc. *Schroeckius*, P. Luc. *Schroeckius*, F. Henr. *Screta* a Zavorziz, Melchior *Sebizius*, P. Jo. Alb. *Sebizius*, F. Jo. Frid. L. B. a *Seilern*, Jo. Georg. *Sommerus*, Phil. Jac. *Spenerus*, Otho *Sperlingius*, Theoph. *Spizelius*, Joach. *Stollius*, Laur. *Strauſſius*, Jo. Wolfg. *Textor.* Mich. Bern. *Valentini*, El. *Veielius*, Joſ. du *Vernay*, Juſt. *Veſti*, Reinh. *Vitriarius*, Jo. Georg. *Volcamerus*, P. Jo. Georg. *Volcamerus*, F. Georg. Henr. *Urſinus*; Jo. Jac. *Waldſchmidius*, Georg. Wolfg. *Wedelius*, Godefr. *Welſchius*, Jo. Jac. *Wepferus*, Th. *Williſius*, Jo. *Winderus*, Jo. Lud. *Witzelius*, Jac. *Wolffius*, Jo. Conr. *Wolfenius*; Theod. *Zwingerus*.

D. GEOR.



D. GEORGII FRANCI de FRANCKENAV

DE

PALINGENESIA

SIVE

RESVSCITATIONE ARTIFICIALI

PLANTARVM, HOMINVM, ET ANIMALIVM E SVIS CINERIBVS

CAP. I.

ΠΑΛΙΓΓΕΝΕΣΙΑ a) *eſt, quam moderni vocant plantarum combuſtarum e ſuis cineribus* b) *artifici manu* c) *reſurrectionem.*

IO. CHRISTIANI NEHRINGII
COMMENTARIUS
AD CAP. I.

§. I.

a) ΠΑΛΙΓΓΕΝΕΣΙΑ) *Tria* potiſſimum hoc loco conſideranda veniunt. I. *Vocis Etymologia.* Derivatur autem παλιγγενεσία a dictionibus Græcis πάλιν, *iterum* & γένεσις *origo:* ſignificans regenerationem, ſive iteratam rerum generationem vel ejus rei, quæ lapſa, & forma amiſſa reſtituitur exiſtentiæ, quæ involvit materiam cum forma conjunctam, ut cum Dn. D. Jo. Andr. Schmidio *Abbate Mariævallenſi, SS. Theol. ac Sacrar. Antiquitatum P. P. in Academia Helmſtadienſi,* loquar ex ejus *diſſertatione de corporum animalium Palingeneſia. Theſ. I.* II. *Vocis* illius *multiplex poteſtas.* Sumitur enim (1) pro ſupernaturali illa cordis immutatione, qua Deus homini in peccatis mortuo confert e Chriſto vires, & moriendi peccato, & vitam ſpiritualem recipiendi, atque in ſpiritu facultatibus omnibus ambulandi: quemadmodum *regenerationem* hominis *Maxime Rever.* Dn. Abbas D. Joach. Juſtus BREITHAVPT, *in Theſibus credendorum atque agendorum fundamentalibus. Lib. III. c. 1. Theſ. IV. p. 136.* deſcribit. Quæ fit *vel* per *Spiritum ſanctum* in Baptiſmo, qui inde lavacrum *regenerationis* vocatur. Tit. III, 5. Joh. III, 3. ſeqq. *vel* etiam in iis, qui gratiam illam amiſerunt & recuperant, per *verbum Dei,* 1. Petr. I, 3. 23. & *fidem,* 1. Joh. V, 1. Joh. Arndius im B. 1. C. 3. §. 3. vom wahren Chriſtenthum. (2) pro totius *naturæ perfecta renovatione & reſtitutione,* plenariaque peccati & mortis abolitione. Matth. XIX, 28. Gerhardus *in Harmon.* Conf. *Act. III, 21. Rom. IIX, 19. ſqq. 2. Petr. III, 13. Ap. V, 12. 13. c. XXI, 13.*

Georg.

Georg. Paſor *in Lexico Græco N. T. in voce παλιγγενεσία.* (3) pro *reſurrectione mortuorum*, quo referri poteſt *Matth. XIX, 28.* (4) pro *qualicunque reſurrectione vegetabilium, hominum animaliumque manu artifici:* de qua *in ſequentibus.* III. *Definitio.* Vbi Autor recte *quidem* deſcribit Palingeneſiam, eſſe ſecundum hodiernam quorundam Chimicorum ſententiam, plantarum combuſtarum e ſuis cineribus artifici manu reſurrectionem; *ſed* 1) combuſtionem ſeu incinerationem Philoſophicam plerumque ſine igne, ſola putrefactione factam intelligendam eſſe, in Proceſſibus ipſis infra docetur, 2) nimis *ſtricte* hic loquitur, ſolarum plantarum mentionem faciens, cum infra c. XI. nec animale, nec cap. XII. & XVI. minerale regnum excludat. Vnde Excell. VINDICIANVS in *Catalogo Scriptorum Auctoris*, elogio ejus *annexo* hunc tractatum inſcribit *Palingeneſiam plantarum, hominum & animalium.* Minerale autem regnum origo eſt vegetabilium, ut hæc quodammodo animalium. Vnde non mirum, arbores, herbas, animalia, inſecta ex mineralibus interdum repræſentari, natura indicante, quid intendat. Id quod etiam in genere de Aſſertoribus hujus arcani refert Dn. D. Joh. Andr. Schmidt *in diſſertatione de corporum naturalium* παλιγγενεσία, *eos ſcilicet* illud ex vegetabili pariter, ac minerali, & animali regno probare.

§. 2.

Quæ omnia egregius typus futuræ ſunt non corporum tantum noſtrorum ſed & *mundi reſtitutionis*, quam mirifice magnus ille Theander noſter D. LVTHERVS exprimit *in Explicatione priori Epiſt. Domin. IV. poſt Trinit. ad Rom. VIII, 18--23.* in der Kirchen-Poſtill im andern Theil *edit. Berolin. 1700. p. 357.* So ſpricht nun St. Paulus/ daß die gantze Creatur ſich ſehne und ängſte mit uns/ als die gerne der Marter loß wäre/ denn ſie leidet/ wie ein Weib in Kin-

des-Nöthen. Als der Himmel / die Sonne / Mond und Sternen / wolten gerne frey ſeyn von ihrem Dienſt / ja wolten gern für groſſem Leiden finſter und dunckel ſeyn. Die Erde unfruchtbar / das Meer und alle Waſſer wolten gern verſiegen und vertrocknen / daß nur die böſe Welt ihrer nicht genieſſen könte / dergleichen ein Schaf ſolte billiger Dornen denn Wolle tragen / eine Kuh lieber Gifft denn Milch geben der böſen Welt; daß ſie es aber thun müſſen (ſpricht St. Paulus) das thun ſie um deßwillen / der ſie unterworffen hat auf Hoffnung. Darum wird GOtt diß Geſchrey der Creatur auch endlich erhören / denn er hat es ſchon beſchloſſen / er wolle dieſer Welt nach dieſen 6000. Jahren / die ſie nun ſchier geſtanden hat / ihren Feyerabend und Ende geben. Wo unſere Eltern im Paradiß nicht geſündiget hätten / wäre die Welt nimmermehr vergangen; nachdem ſie aber in die Sünde gefallen / und wir alle ihnen nach / muß auch die gantze Creatur unſer entgelten / und iſt um unſer Sünde willen auch der Eitelkeit und Zerſtörung unterworffen / und dieſelbigen ſechs tauſend Jahr / (welche nichts ſind gegen dem ewigen Leben) der verdammten Welt unterworffen bleiben / und mit alle ihrem Nutzen ihr dienen / biß ſie GOtt wird in einen Hauffen ſtoſſen / und um der Auserwehlten willen / auch die Creatur wiederum (wie St. Petrus 2. Petr. 3 / 13. auch lehret) reinigen und verneuen. Denn die Sonne iſt jetzt nirgend ſo ſchön / hell und klar / als ſie im Anfang / da ſie geſchaffen war / geweſen iſt / ſondern iſt um der Menſchen willen halb finſter / roſtig und beſudelt / an jenem Tage aber wird ſie GOtt wieder ausfegen und reinigen durchs Feuer / 2. Petr. 3 / 10. daß ſie heller und klärer ſeyn wird / denn ſie im Anfang iſt geweſen. (add. Eſ. 30 / 28.) Weil ſie aber muß um unſerer Sünde willen leiden / und den ärgſten Buben eben ſo wohl / ja mehr leuchten / als den Frommen;

darum

darum verlanget ſie hertzlich nach jenem Tage / da ſie wieder ſoll ausgeputzet werden / und allein den Seligen mit ihrem Lichte dienen. Alſo auch die Erde trůge keine Diſteln noch Dorn / wenn ſie nicht um unſerer Sůnde willen verflucht wäre / darum verlanget ihr auch ſamt allen Creaturen nach jenem Tage / daß ſie möge ſamt ihnen geändert und verneu-ert werden. Diß iſt die Urſach / warum Paulus ſo wunder-liche Worte hier brauchet / und heiſſet es ein endliches Har-ren der Creatur / das iſt / daß die Creatur ſtets dencket an ihr Ende / daß ſie von ihrem Dienſt / den ſie den Gottloſen hier muß leiſten / frey werde / welches nicht geſchicht vor der Offenbahrung der Kinder GOttes / darum wartet ſie ſo ängſtiglich auf dieſelbe / wolte gerne / daß es nicht lange ver-zogen würde / ſondern alle Augenblick angienge. Denn vor dieſer Offenbahrung hält die Welt die Gottſeligen nicht für GOttes / ſondern für des Teuffels Kinder / darum läſtert / ſchändet / verfolget / und würget ſie die lieben GOttes Kin-der ſo ſicher dahin / und meynet / ſie thue GOtt einen Dienſt daran / um deswillen ſchreyet die gantze Natur: ach! ach! will denn ſchier des Jammers ein Ende werden / und die Herrlichkeit der Kinder GOttes angehen.

§. 3.

Luth. *ibid. p. 358.* Darum ſollen wir ſo jämmerlich nicht klagen und weinen / wenns uns übel gehet / ſondern mit Ge-dult warten auf unſers Leibes Erlöſung / und auf die Herr-lichkeit / die an uns ſoll offenbahret werden / ſonderlich / weil wir wiſſen / daß alle Creatur mit groſſer Angſt und Sehnen / wie ein Weib in Kindes-Nöthen / ſeuffzet nach der Offenbah-rung der Kinder GOttes / da denn die Erlöſung auch wird angehen / daß ſie nicht mehr der Eitelkeit unterworf-fen wird ſeyn / und dienen / ſondern wird allein den Kin-dern GOttes willig mit allen Freuden dienen; indes

trägt ſie ihr Creutz um GOttes willen / der ſie unterworffen hat / auf Hoffnung / daß man gewiß ſey / daß es nicht ewig alſo bleiben / ſondern einmahl ein Ende haben muß / da ſie wird ewiglich erlöſet werden. Alſo thut ihr auch / (ſpricht St. Paulus) lieben Chriſten / und dencket / gleich wie ſich die Creatur mit euch am jüngſten Tage freuen wird / ſo trauret ſie ietzo mit euch / darum ſeyd ihrs allein nicht / die da leiden müſſen / ſondern die gantze Creatur leidet mit / und wartet auch auf eure Erlöſung / welche ſo herrlich und groß ſeyn wird / daß euer Leiden nicht werth iſt / daß mans dagegen ſoll rechnen.

§. 4.

Lutherus *ibid. Conc. 2. p. 360.* Dieſe Hoffnung (ſpricht er) haben wir / und die gantze Creatur mit uns / welche auch um unſert willen auf das ſchönſte gereiniget und verneuet wird werden / daß man ſagen wird: Diß iſt erſt eine ſchöne Sonne / ein feiner hübſcher Baum / eine köſtliche liebliche Blume. ꝛc.

§. 5.

Idem Tom. I. Jenenſi über *Pſ. 102, 27. p. 39. b.* So die Himmel nicht bleiben werden / viel weniger die Erden; Darum werden alle Creaturen / auch die Himmel verwandelt werden / nicht vergehen und zu nichte werden / ſondern verneuet.

§. 6.

Idem Tom. 6. über *1. Cor. 15, 44.* Es wird auferſtehen ein geiſtlicher Leib. *p. 262. b.* Darnach aber / wenn er (der ſeelige Menſch) alſo geiſtlich in GOtt lebet / wird er auch heraus gehen in Himmel und Erden / mit Sonn und Mond / und allen andern Creaturen ſpielen / und auch ſeine Freude und Luſt daran haben.

§. 7.

§. 7.

Et ibid. p. 264. a. Aber das kan nicht eher geſchehen / denn an jenem Tage / da es ſoll auf einmahl gar ein neu Weſen werden / nicht allein in uns Menſchen / ſondern mit allen Creaturen.

§. 8.

Et Joh. Aurifaber in den Tiſchreden Lutheri *Cap. XLIX. p. 454. b. Edit. Isleb. 1567.* Da D. Martin, und andere / lang mit einander geſchertzet hatten / kamen ſie auf ernſte Dinge / nemlich vom ewigen Leben zu reden / wie Himmel und Erden würden neu werden / wie Adam und Eva aus dem Paradiß gefallen wären / das iſt / aus GOTTes Gnad und Gunſt / aber in Chriſto haben wir alle ein ander künfftig und ewiges Leben / da wird ein neuer Himmel und eine neue Erde werden / da werden die Blumen / Laub und Graß ſo ſchön / luſtig und lieblich ſeyn / wie ein Smaragd / und alle Creaturen aufs ſchönſte / wenn wir nur GOttes Gnade haben / ſo lachen uns alle Creaturen GOttes an. Wenn ich werde zum Ziegelſtein ſagen / daß ein Smaragd werde / ſo wirds von Stund an geſchehen / und in dem neuen Himmel wird ein groſſes ewiges Licht und Lieblichkeit ſeyn / was wir ietzt gern ſeyn wolten / das werden wir dort ſeyn / wo die Gedancken werden ſeyn / da wird der Leib auch ſeyn. Da werden Ameiſen / Wantzen / und alle unflätige / ſtinckende Thiere eitel Luſt ſeyn / und aufs beſte riechen. Darnach fragte D. H. ob auch ander Viehe dort würde ſeyn? Da ſprach D. Mart. Ihr ſolts nicht alſo verſtehen / das Himmel und Erde wird allein Lufft und Sand ſeyn / ſondern alles / was dazu gehöret / Schaafe / Ochſen / Viehe / Fiſche / ohne welche die Erde und Himmel oder Lufft nicht ſeyn kan.

§. 9.

§. 9.

Id. ibid. p. 455. a. Da D. M. Luther gefragt ward/ ob auch in jenem Leben und Himmelreich würden Hunde und andere Thiere ſeyn? antwortete er und ſprach: ja freylich/ denn die Erde wird nicht ſo leer/ wüſte und einödig ſeyn. Sintemal St. Petrus heiſt den jüngſten Tag einen Tag der *Reſtitution* aller Ding/ (*Act. 3, 21.*) da Himmel und Erde wird verwandelt werden/ und wie ſonſt anderswo klärer geſaget wird/ GOtt wird ein neu Erdreich und neuen Himmel ſchaffen/ wird auch neue Pelverlin und Hündlin ſchaffen/ welcher Haut wird gülden ſeyn/ und die Haare oder Lodden von Edelgeſteinen/ da wird keiner den andern freſſen/ wie Kröten/ Schlangen/ und dergleichen gifftige Thier/ die um der Erbſünde willen hie vergifftet und ſchädlich ſind/ alsdenn werden ſie uns nicht allein unſchädlich/ ſondern auch lieblich/ luſtig und angenehm ſeyn/ daß wir werden mit ihnen ſpielen.

§. 10.

Matthesius in Lutheri Lebens-Geſchicht *ad an. 1540. p. 143. a.* Auf eine Zeit/ als ſein (Lutheri) Hündlein fürm Tiſch geilet/ fraget einer: Ob auch nach der Auferſtehung in der neuen Welt unvernünfftige Thierlein ſeyn würden? Ja alle wege/ ſagt er/ denn der neue Himmel und Erden wird nicht öde oder wüſte ſeyn/ ſondern voll ſchöner Creaturen.

§. 11.

Lutherus Commentario Latino in Gen. ad C. XLV. v. 22. fol. 618. a. *Veſtes*, inquit, *mutatorias: Heliphoth:* Nos reddidimus Feyer-Kleider/ non vulgares & quotidianas, quibus induimur in domeſticis operis obeundis, ſed *quietis & Sabbati* ornatum feſtivalem, qui ad cultum corporis elegantiorem pertinet. Sic Pſalm. 102, 26. ſqq. dicitur:

Initio,

Initio, tu Domine, terram fundaſti, et opera manuum tuarum ſunt cœli; ipſi peribunt, Tu autem permanes, & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent. Cœlum & terra paulatim mutantur & veteraſcunt, ac tendunt ad corruptionem: poſtea vero *induent novam veſtem.* Deus enim non ſolum terram, ſed & cœlum ipſum longe pulcrius faciet, ubi veteri indumento fuerit exutum: **Das iſt nun ſein Werckel-Kleid / hernach werden ſie einen Oſter-Rock und Pfingſt-Kleid anziehen.** Hodie non eſt tanta claritas & ſplendor luminis ſolaris, quanta poſt hanc vitam erit: Neque tantæ ſunt vires reliquarum creaturarum, quantæ initio creationis fuerunt; ſicut teſtantur ruſtici, naturam paulatim ſeneſcere, ac arbores, ſive in ſaltibus, ſive in hortis, citius ſuccreviſſe ante triginta aut quadraginta annos, quam nunc, & incrementa ſex aut ſeptem annorum in arboribus horum temporum vix æquare annuum augmentum ſuperioris ſeculi. Terra igitur alio indumento ornabitur, & cœlum quoque, ac luminaria longe erunt ſplendidiora. Vt apud Eſaiam dicitur *c. 30, 26. Lux Lunæ erit, ſicut lux ſolis, & lux ſolis ſepties clarior erit.* **Einen alten Rock / der zureiſſet / muß man mit einem neuen flicken.** Ad eundem modum nos quoque purgat Deus a peccatis, & liberat a morte; quod eſt opus ſex dierum hujus mundi: Illis vero exactis, cum fuerimus ingreſſi in *Regnum ejus*, tum mutabitur amictus noſter lacer & ſordidus in veſtimentum æterni ſabbathi.

§. 12.

Paucis multa complectens venerabilis Dn. Abbas D. J. J. Breithaupt *in Collegio Dogmatico MSto habito an. 1692. Loc. IV. c. III. de Eccleſia & noviſſimis*, ait: Denique mundus conſummabitur per conflagrationem *2. Petr. III, 10. 12.* ita, ut cœlum & terra quoque cum reſuſcitatis liberentur ex ſervitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.

Rom. IIX, 21. & gloriæ ipſorum CREATVRA particeps ſit futura, ceu Lutherus prolixe & præclare hunc locum explicat *in Poſtillis Eccleſiaſticis Dom. IV. poſt Trinitatis.* De novo illo cœlo & terra loca ſunt obvia, *2. Petr. III, 13. Apoc. XXI, 1.* ad quam regenerationem & adoptionem conſummatam ſi & nos eniti velimus, hac in vita ſimus in Chriſto nova creatura facti, novaque in nobis omnia neceſſe eſt. *2. Cor. V, 17. Gal. VI, 15.*

§. 13.

Suggerit mihi memoria, qui referri huc etiam mereatur, inſignem locum Lutheri aus den Tiſchreden deſſelben *Cap. LI. p. 458. b.* ubi *ſic loquitur:* die rechte Kunſt der Alchimei, (*quæ alias chimia vocatur*) iſt wahrhafftig die Philoſophia der alten Weiſen / die mir ſehr wohl gefället / nicht alleine um ihres vielen Nutzes willen / den ſie mitbringet / die metalla zu ſchmeltzen / zu ſcheiden / auszuſieden und zuzurichten / item Kräuter / Wurtzel und anders zu diſtilliren und zu ſublimiren / ſondern auch um der Allegorien und heimlichen Deutung willen / die überaus ſchön iſt / nemlich die Auferſtehung der Todten am jüngſten Tage. Denn gleichwie in einem Brenn-Ofen das Feuer aus der Materien zeucht und ſcheidet / was am beſten iſt / ja den Spiritum, Geiſt / Leben / den Safft und Krafft führets in die Höhe / daß es das oberſte am Helm einnimmet / dran klebt / und dann herab fleuſt / wie man ſolchs ſiehet / wenn man Kräuter-Waſſer brennet / oder da man ſonſt etwas diſtilliret / da ſchwimmet das feiſte empor / und das beſte ſchwimmet allzeit oben. Aber die unreine Materien und Hefen läſts im Grunde bleiben / als ein todt Aas und nichtig Ding. Alſo auch wenn man gebrandten Wein machet / da wird die gantze ſubſtantz und Weſen durchs Feuer ausgezogen / und kömmt die Krafft in die Höhe / was übrig iſt / bleibt

bleibt unten im Grunde/ und es reucht noch ſchmecket nicht/ ſondern es iſt ein unförmlich Waſſer. Dergleichen wird auch aus der Zimmetrinde/ und Muſcatennuß alle Krafft und Macht ausgezogen und abgeſondert/ wenn man daraus ein Waſſer brennet/ oder ein Oel zurichten will / da wird das Gute in die Höhe geführet/ und was da übrig bleibt/ das iſt ohne Geruch und Schmack/ gleichwie ein faul Holtz. Eben dergleichen wird GOtt auch thun durch den jüngſten Tag/ und letzte Gericht/ darmit wird er als durch ein Feuer abſcheiden/ abſondern und abtheilen die Gerechten von den Gottloſen. Die Chriſten und Gerechten werden über ſich in Himmel fahren/ und darinnen ewig leben/ aber die Gottloſen und Verdammten werden als die Grundſuppe in der Hölle bleiben/ und darinnen verdammt ſeyn / und im Tode ewig bleiben. Hæc Lutherus!

§. 14.

Quamvis autem putaverit *caput mortuum* eſſe rem nullius pretii, in quo latet adhuc pretioſum ſal, quæ anima eſt quaſi plantarum, e quo reſtitui plantam poſſe multis placet, conf. Denſtonius *in Panſophia Enchiretica n. 127. p. 87.* quod vid. *infr. c. 18.* mihi tamen arridet, quod per chimiam intelligi poſſe corporum reſurrectionem aſſerit. Sed redeamus ad rem de *reſtitutione mundi:*

§. 15.

Quod dogma Cabaliſtæ latius extendunt. Id quod videre eſt apud Archangelum *de Burgonovo in concluſionibus Cabaliſticis p. 194.* qui, *Paulus*, inquit, *non dicit, abſolute omnia, ſed* pene *omnia mundantur in ſanguine* (Ebr. IX, 22.) *Angeli enim ſuperbia igne expiantur: qua expiata, quomodocunque expiati ſunt.*

§. 16.

Eo usque progreſſam Patrum etiam miſericordium opinionem, hodieque a viris doctiſſimis in utramque partem diſputatam & adhuc ſecundum quorundam ſententiam ſub judice jacentem habuit quoque Origenes, qui tamen ipſe re *ſerio* expenſa *libro VI. contra Celſum p. 301.* affirmat, οὐκ ἀκίνδυνον, *non absque periculo illam propalari doctrinam*, διὰ τοὺς μόγις φόβῳ αἰωνίου κολάσεως καν συςέλλοντας, ἐπὶ πόσον τῆς κακίας, *quod plerique vix metu æternorum ſuppliciorum moveantur, ut non præcipites ruant in omne genus criminum;* ut interpretatus eſt Dn. D. Joh. Albertus Fabricius *in Codice Apocrypho Novi Teſtamenti, Tom. I. p. 338.*

§. 17.

Et ſane hac de re inſignis eſt locus *ingenui illius pii ac doctiſſimi Philoſophi* Eugenii Philalethæ, *cuius verum nomen eſt* Thomas de Vagan, *quem habet in libello egregio, cui titulus*: Euphrates, oder die Waſſer vom Aufgang; *ex Anglica in Germanicam linguam translato, p. 12. 13.* Es leſe nur jemand die Majeſtätiſche und Philoſophiſche expoſtulation zwiſchen GOtt und Hiob. c. XXXIIX. XXXIX. XL. XLI. oder mit einem Wort/ er leſe beyde Teſtament mit Andacht/ ſo wird er finden/ daß die Schrifft ſich allewege der Natur gebrauchet/ und uns auch warlich ſolche Geheimniſſe offenbahret/ als wohl in keinem Philoſopho zu finden/ welches folgender Diſcurs klärlich erweiſen wird. Ich ſcheue mich nicht zu ſagen/ daß die Schrifft ſo viel mit der Natur zu ſchaffen hat/ daß ich davor halte/ daß der Geiſt GOttes hierinnen nicht allein die Erneurung des Menſchen inſonderheit/ ſondern auch die Erneurung der Natur insgemein geſuchet habe. So müſſen wir derowegen dieſe Erneurung nicht allein auf uns ziehen/ wofern wir nicht die gäntzliche Verderbung allein auf uns ziehen wollen/ wel-

ches

ches wir ohne Zweiffel nicht thun können. Denn es iſt augen-
ſcheinlich / daß das Verderben nicht allein den Menſchen /
ſondern um ſeinet willen auch die gantze Welt betroffen hat.
(Rom. VIII, 20.) weil es denn nun gewiß iſt / daß der Menſch
einen Heyland hat / ſo iſt gleichfals gewiß / daß die Natur
auch einen Heyland habe / weil GOtt die Welt mit ſich ſelbſt
verſöhnet in Chriſto JEſu (2. Cor. V, 19.) Und ſo wir denn
gewißlich auf eine Erlöſung unſers Leibes (Rom. VIII, 23.)
und einen neuen Menſchen warten / ſo warten wir auch eben-
fals auf einen neuen Himmel und eine neue Erde / dar-
innen Gerechtigkeit wohnet. (1. Petr. III, 13.) Denn der
Menſch ſoll nicht allein in der allgemeinen Wiederbrin-
gung erneuert werden / ſondern gleichfals auch die Welt /
wie geſchrieben ſtehet: Siehe ich mache es alles neu. Ap.
XXI, 5. Nicht rede ich dieſes den Menſchen zu verkleinern /
oder einige Geſchöpff mit ihm zu vergleichen / denn ich weiß
gar wohl / daß er der vornehmſte in der Wiederbringung
iſt / wie er der Vornehmſte im Fall war / da die Verder-
bung der Elementen nur wie eine Kette iſt / (Rom. IIX, 20.)
welche dieſer Gefangene hinter ſich herſchleppet: ſondern ich
rede dieſes / zu erweiſen / daß GOtt die Wiederbringung der
gantzen Natur insgemein / und nicht allein des Menſchen ſu-
che / welcher warlich nur ein kleines / obgleich das edelſte
Theil der Natur iſt. Idem Philaletha *in Anthropoſophia p.
39.* clarius ſe hac de re explicat: Ich ſtehe nicht in denen Ge-
dancken / daß eine Auferſtehung eines jeglichen Dinges ſeyn
werde / ſondern es werden vielmehr derſelbigen irdiſche Thei-
le ſamt dem Element des Waſſers (denn laut der Offenb.
Johannis XXI, 1. wird keine See mehr ſeyn) in einer eini-
gen Vermiſchung mit der Erden vereiniget / und in ein rei-
nes durchſichtiges Weſen gezeitiget werden. Dieſes iſt St.
Johannis Cryſtalliſches Gold der Grund des alſo / (nicht in

Anſehung ſeiner Farbe / ſondern Beſchaffenheit) genennten neuen Jeruſalems. Ihre Geiſter/ halt ich davor / werden zu ihrem erſten *Limbo* zurück gebracht werden / die eine Kugel eines reinen himmliſchen Feuers/ und ſich einem mit durchſichtigen Golde reichlich durchwircketen / ewigen / vor dem Thron GOttes ausgebreiteten Teppich vergleichet.

§. 18.

Nec mirum tanto myſterio inhæſiſſe tam intrepide Philaletham. Namque eum non latuit myſterium creationis hujus & futuri mundi in vitris ſuis eam adſpicientem. Vid. Philaletha *in Anthropoſophia Theomagica p. 20. ſqq.*

§. 19.

Sed nec ſagaciores ſolum inter Chriſtianos hæc ſenſiſſe, ſed & ipſum Mahometem, Turcarum quamvis *Pſeudoprophetam*, autor eſt M. Chriſtoph. Irenæus in einem Buch über die Worte des dritten Haupt-Artickels: Ich glaube eine Auferſtehung des Fleiſches: *inquiens:* Es hats auch Mahomet nicht allein bey der Auferſtehung aller Menſchen laſſen bleiben / welche in GOttes Wort gegründet iſt / ſondern auch darneben ſeine Türcken überredet / daß allerley Thiere auf Erden / Vogel in der Lufft ꝛc. ja daß alle Creatur / ſo ie auf Erden hie gelebet/ wieder lebendig ſollen werden / auferſtehen und zu GOtt kommen.

§. 20.

b) *Artifici manu*) mox infra & §. 29. ex Servio ſe explicat melius, quantum artificium ſit, cum ex cineribus uſtis, ſolerti tamen & ingenioſo artificio excultis & elaboratis prodire roſam referat. Neque arcanius in tota rerum natura myſterium, aut majus ac excellentius a mortalibus inventum artificium doctiſſimo D. F. V. Autori der entdeckten

ten Grufft natürlicher Geheimniſſe §. 1. videtur, hac ipſa Palingeneſia, quippe quæ verum accuratumque reſurrectionis mortuorum noſtrorumque corporum reſuſcitationis typum præ ſe ferat, nosque impellat firmiter eam credere.

§. 21.

c) *Reſurrectionem*) Aliquando putat eſſe realem ac veram, ut c. 9. 19. 20. 24. 31. aliquando ſpiritualem & umbratilem ut c. 5. 6. 45. conf. imprimis cap. 45.

§. 22.

Da er nun den Namen JESU angeruffen / ſeynd ihm alle ſeine Sünden eingefallen. Worauf er voller Verzweifelung alsbald nach dem Fenſter gelauffen / und herunter ſpringen wollen / er wird aber von noch mehrern auf der Gaſſe mit feurigen Kugeln und Granaten ſtehenden Teufeln von ſeinem Vorhaben abgeſchrecket.

§. 19.

Hierauf bleibt er beym Fenſter ſtehen / und hebt ein groſſes Lamentiren und Geſchrey an / welches die gegen überſtehenden Schlächter-Knechte aus ihren Buden auf die Gaſſe heraus locket / welchen er / da er ſie erblicket / aus dem Fenſter zurufft / ſie möchten unten am Hauſe anklopffen / und dem Wirth ſagen / daß er einen Prediger zu ihm brächte; der Teufel wolte ihn holen. Alsbald ſind die Schlächter ins Haus gedrungen / haben Lermen gemacht / und nebſt dem Wirth hinauf für ſeine Stuben-Thür gelauffen / und da er nach vielen Anklopffen nicht aufmachen wollen / ſondern ſtets geruffen und geſchrien: HErr JEſu / hilff mir! Ach GOTT ſey mir dieſesmal nur noch gnädig! ſo öffnet der Wirth die Thüre mit dem Hauptſchlüſſel / findet den Rathsherrn gantz allein darinnen / welcher ſich von niemand

angreiffen laſſen wolte / ſondern lieff voller Schrecken in der Stube herum / bis er endlich auf vieles Zureden des Wirths ſtille geworden / da man denn ſo bald den Prediger / Herrn Thering / wie auch den Medicum, Herrn D. Mentzel / ingleichen den Chirurgum, Herr Seger / herzu geholet / ihm zur Ader gelaſſen / und zur Ruhe gebracht. Da er denn / wie er ein wenig zu ſich ſelbſt kommen / alles dieſes / was ietzt gemeldet iſt / denen Anweſenden umſtändlich erzählet hat.

§. 20.

Relata, & ſcripto mihi in manus tradita retuli, judicium de iis lectori relinquens. Quilibet ſuo ingenio abundet. Nec enim ego ſatis ea capere poſſum. Imaginationis etiam vis eſt maxima.

§. 21.

d) *Aliaque majora*) Niſi me fallit animus, innuit qualemcunque e cineribus faciendam humanorum corporum artificialem glorificationem. Eoque tendit etiam D. Beccherus *in Phyſica ſubterranea p. 133.* Homo, *inquiens*, vitrum eſt, in vitrum redigi poteſt, ſicut omnia animalia; diaphanum, omnium vitrorum nobiliſſimum, fuſile, & ſui generis colore tinctum; - - - - vitris mineralibus & vegetabilibus per omnia homogeneum. Qua vero manipulatione præparetur, NON EST PROPOSITI MEI, PROPTER VARIOS abuſus hic propalare. Quanto labore veteres mortalium oſſa combuſſerint, quanta nauſea Scythæ ex calvariis biberint, quorum orificia auro obduxerunt, notum eſt. Nonne melius fuiſſet, ea in vitra, nempe materiam incorruptibilem redigere, & ex vaſis bibere, quæ nulli nauſeam, ſed regibus & principibus gratiam & guſtum parere poſſent.

Cap.

Cap. V.

SEd ut revertamur ad artificialem noſtram plantarum reſurrectionem, præter auctoritatem §. 2. allegatam, ipſa in veritatis fortius ſubſidium producitur experientia. Ita Joſ. Quercetanus, (*quem* Jac. Gaffarellus *in Curioſit. inaudit. c. V. §. 9. p. m. 98.* Chesnæum e Gallica lingua vocat) *in Hermet. diſcipl. defenſ. contra anonym. tr. 1. c. 23.* refert, ante 26. annos Cracovienſem in Polonia Medicum noviſſe artem parandi cineres ex omnibus plantæ cujusvis partibus, ex iisque plantas excitare, lucerna fundo admota. Audiamus ſuis loquentem verbis Quercetanum *p. m. 231. Is igitur* (inquit) *usque adeo eleganter, & philoſophice apparare norat cinerem ex omnibus plantæ cujusvis partibus, idque cum omnibus tincturis ac impreſſionibus omnium plantæ partium, earumque usque adeo ſcite ſpiritus conſervare, omnium facultatum auctores, ut plures, quam triginta ejusmodi artificioſe ex cineribus paratas plantas, easque diverſas haberet, vaſculis ſuis vitreis contentas, Hermetico ſigillo obſignatis, quæ titulum plantæ ac proprietatis ejus inſcriptum haberent, ita, ut, ſi quis rogaret, ſibi roſam ac calendulam demonſtrari, aut aliquid aliud, utpote papaver rubrum, album aut variegatum, tunc cinerem illius plantæ arriperet, cujus ſpecimen eſſet editurus: ut, ſi nempe roſam tibi monſtrari cuperes, vaſculum roſæ titulo inſignitum exhiberet, ex cujus vaſis fundo, lucernæ igni admoto aliquantum incaleſcens, tenuiſſimus, ac impalbabilis ille cinis ex ſe apertam roſæ ſpeciem emitteret, quam ſenſim creſcere, vegetari, ac formam penitus caulis, foliorum, tandemque genuinæ floridæ roſæ, umbram ac figuram exprimere, & tandem explicatiſſimam roſam producere, apertis oculis intueri liceret, ut nihil certius, nec elegantius, quam ex umbratili illa roſa, apertiſſima roſa enucleari, ac conſpici poſſet omnibus, usquequaque ſuis partibus abſoluta, ut plane corpoream diceres, quæ ſpirituali tantum idea, revera tamen ſpirituali eſſentia dotatæ ſeſe intuendam præberet, cui nihil aliud reſtaret, quam congruæ*

grua terræ mandari, ut ſolidius corpus aſſumeret. Hæc autem umbratilis figura, vaſe ab igne remoto, rurſum in ſuos cineres relabebatur, ſuumque chaos evaneſcendo ſenſim repetebat. (a)

COMMENTARIVS
AD CAP. V.

§. 1.

a) SEnſim repetebat.) Adducto *hoc* Medici Poloni *experimento* e Quercetano Amos Comenius *in Synopſi Phyſicæ ad lumen divinum reformandæ edit. poſtremæ Amſtelod.* 1673. *c.* 9. *p.* 129. *ſeq.* addit: Quis hic non videt, ſpiritus plantarum formatores eſſe? quis non videt, tam tenaciter eos materiæ ſuæ inhærere, ut eam quaſi mortuam reſuſcitare poſſint? quis non videt, ſpiritum mineræ, aut plantæ, in aquulæ, olei, pulveris forma revera conſervari? Conſtat nempe æterna effati illius veritas: *Et ſpiritus Dei agitabat ſe ſuper aquas.* Gen. I, 2. conf. infr. cap. VI. & XXIIX.

§. 2.

Referri huc merentur verba D. Jo. Joach. Beccheri *in Phyſica ſubterran. l.* 1. *Sect.* 4. *c.* 1. *p.* 185. exiſtimantis, tulipam ex principiis ſuis ab hortulano poſſe produci, *quando:* is non perfecte, *inquit*, & evidenter ſubterraneorum, præſertim metallorum, mixtionem ſcit, qui, habitis eorum principiis & reliquis requiſitis, etiam ſupra terram per artem metalla producere non poteſt; *non aliter*, quam hortulanus, *habitis Tulipani principiis, ſupra terram ante feneſtram, eundem florem producit.*

CAP. VI.

Ex *Quercetano* experimentum hoc deinceps allegarunt quam plurimi, uti Georgius Calixtus *de immortalitate animæ & reſurrect. carnis c. VIII. p. m.* 93. Kenelm. Dygbi *orat. de vegetatione plantarum p. m.* 75. Libavius *in ſyntagm. arcan. chim. l.* 1. *c.* 22. ap. J. R. Camerar. *Cent.* 3. *ſyllog. memorab. partic.* 92. *ſq.* Io. Carol. Roſenberg. *Rhodolog. part.* 2. *c.* 33. *p. m.* 311. & ex hoc P. I. Sachs. *Ampelog. l.* 2. *ſ.* 9. *c.* 3. Freitag *in Noct. Med. c.* 64. *p.* 276. D. Sennert. *de Conſenſ. & Diſſ. chim. cum Ariſt. & Gal. c. X. in fine p. m.* 262. Gaffarellus *l. a.* Th. Bartholin. *de nive c. VIII. p. m.* 58. Rolfinc. *in chim. l. V. ſ.* 1. *c.* 1. *& l. VI. c.* 3. (*a*) *Modum* Poloni illius chimici *ex* Jac. (*b*) Gaffarello *proponit* J. Chryſoſt. Magnenus *ap.* J. Tackium *in Myſter. reſurrect. rerum p. m.* 43. his verbis: *Spectaculum hoſpitibus exhibiturus doctiſſimus ille chimicus, accenſam candelam phialæ ſuppoſuit, in qua roſæ cineres præparati aſſervabantur, certa diſtantia, vix enim calor ſeſe in vitrum inſinuaverat, cum ecce tibi! moveri corpuſculorum pulveriſque populos, cineremque leniter agitari cernere licuit, dum tandem, poſt horæ intervallum, totus ille pulvis, collecto calore, in media phialæ area ſuſpenſus, variis deinceps, confuſiſque motibus undiquaque cieri cepit: ſicut, dum apes alvearia mutantes, in aeris medio in nubem coactæ, confuſo volatu, hinc & inde per ſua caſtra volitant.* Tandem variis agitationibus, quaſi ſeſe atomi ad unionem quæritarent, paullatim in roſam perfectiſſimam corpuſcula illa coaluerunt; cui neque in foliis ordo, neque color, neque meditullium croceum deeſſe videbatur; ſed ſpectaculum, remota candela, ſtatim deſiit, recidentibus ad fundum atomis, quæ caloris vi in aere detinebantur.

COMMENTARIUS AD CAP. VI.

§. I.

(*a*) D*Iſciplinæ*) legendum videtur *Medicinæ*, ex Gaffa-

relli

relli *furioſ. inaudit. c. 5.* Add. Amos Comenius *in Synopſi Phyſ. ad lum. divin. reform. c. 9.* & D. F. V. von der *Palingeneſie §. 8. 15. 46.*

§. 2.

(*b*) *Gaffarello*) add. *in Curioſitatibus inauditis c. 5.*

Cap. VII.

NEc aſſertio, experimentumque deſeritur, quin aliis etiam confirmetur. Sic QVERCETANVS *l. a. p. m.* 232. *ſeq.* & *l. 2. Peſtis Alexicaci c. 5. p. m.* 300. *ſeqq.* refert, *Dominum* de Luynes, *dictum* Formentiera, (unus enim eſt ille vir, non duo, veluti vir doctus alicubi *p. 44.* opinatur) *in ædibus ſuis in lixivio urticarum combuſtarum colato, & noctu frigore congelato, mane vidiſſe in mera firmaq; glacie urticarum mille formas, radicibus, caudice, foliis, ac locuſtis conſtantes*, ut nihil elegantius, nec perfectius; utpote plantam omnibus ſuis numeris abſolutam ac diſtinctam membris & partibus. *Ex eodem* hoc quoque laudant J. R. Camerarius *l. d.* (*a*) & *ex hoc* C. Beſoldus *in Theſ. Juris Pract. n. 31. voc. Alchimie. f. m.* 21. *a.* Georg. Calixtus *l. c.* Begivn. *tiroc. chim. l. 1. c. 1. p. m.* 16. Henric. Meibom. *in Epiſt. ad* Spizel. *l. a.* Roſenberg. *l. a. p. m.* 313. Highmor. *diſquiſit. anat. l. 1. p. 4. c. 5.* Rolfinc. *in chim. l. V. ſ. 1. c. 1.* J. Tackius *in myſter. reſurr. rer. p. m.* 41. atque Borell. *c. IV. obſ. 62.*

COMMENTARIVS AD CAP. VII.

§. I.

(*a*) J. *R. Camerarius l. d.*) Prolixiorem hic habet, quam Autor noſter, ipſius e Quercetani l. c. deſcriptionem. Vir, *inquiens*, honeſtiſſimus D. de Luynes, Formentieres

Dominus, qui inter primos Parlamenti Pariſienſis Conſiliarios non ultimum locum occupaverat, dum apud me diverſaretur, atque maneret, die quadam inſtituit remedium aliquod contra calculum, quo graviter laborabat, præparare. Hujus ergo rei gratia ſub finem autumni, non paucas e terra urticas integras radicitus evulſit, ex evulſis lixivium cum aqua calida, vulgari modo compoſuit, compoſitumque filtrando, atque transcolando purificavit, ut ex illis tandem ſalem, ſecundum artis præcepta, ſuamque pariter intentionem educeret, accommodatum. At vero, cum in vaſculo quodam terreo, prædictum lixivium, tota nocte, ut frigefieret, expoſuiſſet, quo, die ſubſequente, exhalationem ad ſalem extrahendum moliretur, caſu quodam contigit, hac ipſa nocte, aerem ita infrigidatum fuiſſe, ut totum lixivium gelu nimio concretum fuerit. Cum igitur ſummo mane vas illud e feneſtra amovere vellet, præter ſuam vidit opinionem, aquam lixivii congelatam, ſubindeque mille urticarum figuras in illa cum radicibus, foliis, & truncis adeo perfecte deſcriptas & adumbratas, ut qui melius illas ad unguem expreſſiſſet, figuraſſetque, vix pictor ullus reperiretur. Cum igitur hoc animadvertiſſet vir nobilis, tanquam miraculum ſuſpiciens, ad me ocyus advolat, hisque compellat verbis, ad imitationem Archimedis: Inveni, *exclamat*, veni, vide. Vbi acceſſi ad ejus ergaſterium, arripui glaciem, ejus fragmentum ſeparavi ſatis grande, quod ita apte a me diſpoſitum, ne liqueſceret calore manus, ad varios magni nominis viros & fide digniſſimos, qui tunc eandem urbem nobiscum habitabant, & adhuc ſuperſtites ibi, ſedem & domicilium fixerunt, comportavi: qui ſinguli, ut glaciem conſpexerunt, urticas eſſe conclamarunt: nec minus, quam ego, rem usque adeo incredibilem ac cle-

eleganter portentoſam admirati ſunt, unusquisque cogitabundus meditabatur, quid rei iſtud eſſet, & unde, ac quomodo tam elegans res in natura naſci poſſet: memoria repetentes omnes, quod in ſacris literis habetur Gen. III, 19. *Memento homo, quia cinis es, & in cinerem reverteris;* cogitantesque ſub cineribus ejusmodi rerum formas deliteſcere ac immorari, unde reſurrectio noſtri corporis certiſſime ſit expectanda.

§. 2.

Idem experimentum Quercetanum feciſſe, autor eſt Gaſſarellus *in curioſitatibus inauditis c. 5.* Id, *inquiens*, (ſc. *experimentum Poloni Medici*) ſæpius a ſe tentatum, ſed fruſtra, refert Chesnæus (*i. e.* Quercetanus) donec fortuito caſu in idem miraculum incideret. Nam, cum aliquando ex urticis combuſtis ſal excreviſſet, & lixivium hiemis tempore aeri expoſuiſſet, mane gelu quidem inductum repertum eſt, verum, ut urticarum ſpecies, & imago ad inſtar naturalium in glacie perfectiſſime exhiberetur. Quod miratus Chesnæus alios ejusdem miraculi teſtes mox advocavit. Nunc autem vix pro miraculo habetur, cum quotidie Chymici eorum artis ſtudioſis ejus copiam faciant &c. Conf. *infra* cap. XXXII.

§. 3.

Hoc autem Quercetano adſcriptum experimentum non eſt ipſius, ſed Domini de Luynes, & memoria lapſus eſſe Gaſſarellus videtur.

CAP. VIII.

LIBAV. *in Syntagm. arcan. chim. de magiſteriis formalibus l. 1, c. 22. in appendice* allegatur hiſtoria, & *icon plantulæ* (a)

A. C.

A. C. 1608. *m. Junio ex aqua deſtillatæ, in vitro* (ut ſolet fieri) *aſſervatæ, demum m. Novembr. in vitri fundo enatæ,* a Jeremia CORNARIO, *Philoſopho & Med. Excell. Archiatro Brandenburgico Culmbacenſi, ſibi communicatæ ap.* ROLFINC. *Chim. l. VI. c.* 3. Memineruntque illud SENNERT. *de conſ. & diſſ. chim. c. X. in fine.* Highmorus *l. c.* Tackius *l. a. p. m.* 45. Borell. *C. IV. obſ.* 62. *p. m.* 327. Roſenberg. *l. d.*

COMMENTARIUS AD CAP. IIX.

§. I.

(*a*) I*Con plantulæ*) Hujus Plantulæ non tantum P. Athanaſius Kircherus *in Phyſica ſubterranea l.* 12. *c.* 5. *p.* 437. prolixe mentionem facit; ſed & *in arte magna lucis & umbræ p.* 71. addita *ſimul* Cornarii *Epiſtola*, quæ ſic habet: Accipe plantulæ in aqua Triſalatina, quæ eſt in Miſnia, ad tres abietes, non procul a Cygnæa urbe, deſtillata mihi natæ picturam. *a*)

Jam habes, *inquam*, ſed picturam vivam utinam habuiſſes, quæ profecto longe jucundior extitit, longe amabilior, quam vides, & pictor effingendo vix adumbravit, ne dicam de colore, (*erat enim pictura coloribus ſuis illuminata*) qui & paginæ attritione fere evanuit. Nunquam ſane ſine magna admiratione vidi illam, quoties vitrum adſpexi, ut etiam alii. Vitrum per ſe omnino tale eſt, ut pictura exhibet, vel etiam paullo majoris capacitatis. Qui color ſubviridis in fundo inſperſus eſt, (*Pictor ſic vitri umbram reddiderat*) is a vitro eſt, neutiquam ab aqua, vel ſedimento aliquo fundo adhærente, nam puriſſima aqua adhuc

a) quam vide *pag.* 1. *Fig.* I.

eſt, & plane phlegmatis omnis expers; in PLANTVLA ipſa non conſpicio ſtipitem, baſim, aut radicem, cui innitatur, notabilem, niſi exiguam ſaltem; Fundo enim vitri acuminato, ſeu paulatim elevato, uti conflari ſolent vitra, vel filo adhærere videbatur, & ſic ad latera ſpargebat ramuſculos plenos foliolis oblongis pro totius magnitudine, non latis, ſed oblongis, etiam ſuaviter virentibus, ad inſtar primulæ teneræ plantæ *rosmarini* foliolis oblongis tenellis, ut in gramine acuto teneroque, coloris ex viridi citrini non ſatis virentis. Non dubito, quin potuiſſet altius aſſurgere & creſcere, cum concuſſo nonnihil vitro, firma & erecta perſtaret ſine ullo motu tremulo. Sed quod dolendum, frigore inexpectato, in feriis Nativitatis Dominicæ, noctu aqua, ut & cæteræ, in frigido Muſæo, tunc temporis non calefacto, congelavit, unde plantula poſt aquam demum reſolutam deprehenſa eſt vi frigoris læſa, & a fundo divulſa. Innatat itaque jam aquæ, quanquam colore integro, ſaltem diminuta mole apparet, quadam viſcoſitate circa eam ſeſe colligente. Contigerat hoc An. 1608. aqua diſtillata Menſe Junio a Martino Gallo, Pharmacopœo, pictura facta 12. Decembris, herba primum obſervata in Novembri. *Hæc* Cornarius apud *Libavium tom. 4. Chimicorum.*

§. 2.

Kircher. in *Phyſica ſubterr. l. c.* addit: Hiſtoriam veriſſimam eſſe nihil dubito; Cum, uti in *præcedentibus* diximus, ea facile e ſemine alicujus herbæ, quod aquæ prius inextiterat, naſci potuerit, præſertim, cum nulla aqua ita diſtillatione depurari queat, quin ſemper ei fæces remaneant, etiam inſenſibiles, ex quarum ſeminio poſtea hæc

planta

planta enata ſit. Cum enim tantopere occultam Dei potentiam in natura admiremur, Deusque prorſus in ſuis operibus mirabilis ſit, quis jam dubitare audeat, in *ſale plantali* & animalium occultum quoddam ſemen latere, & juxta præviam ſubjecti diſpoſitionem ſubinde ex potentia in actum redire. Siquidem ſapientia Dei vel in hoc omnem admirationem mortalium excedit, dum vel in ſenſibili re conſervare naturam poſſit, in qua totius mundi ſapientes nihil prorſus reſtare jurarent; luculentiſſimum ſane argumentum, quo *corporum noſtrorum futuram reſuſcitationem humani imbecillitas intellectus aliquo modo per hujusmodi umbratilem ſimilitudinem concipiat.* Ad confirmationem horum addam hic alterum nullo fere humano intellectu conceptibilem caſum, quem *Johannes Marcus Marci*, Boemiæ Archiater, conditione omnigena orbi jam clarus, præterlapſis annis ad me auctoritate multorum confirmatum transmiſit: Dum enim Medicus certam aquam diſtillaret, poſt inſignem aquæ ebullitionem, tandem intra eam forma *COLVBRI* variegati coloris more ſe contorquentis comparuit, omnibus ad rei eventum obſtupeſcentibus. Varii itaque de prodigioſo hujus ſerpentis ortu, ejusque cauſa conſulti omnes conticuerunt, hoc unicum dicentes, otioſum fore, abditos hujusmodi naturæ effectus evolvere, quos natura inacceſſos eſſe voluiſſet, præſumtuoſius attentare, inacceſſam impenetrabilemque Naturæ abyſſum non penetrare, ſed admirari duntaxat, licitum eſſe. Verum, ut lector omnia accuratius expendat, hic totius rei proceſſum adjiciam, quem ſupra laudatus *Marcus Marci*, amicus ſingularis, ad me eo fine, ut aliquam ſaltem hujus prodigii cauſam reperirem, transmiſit:

§. 3.

§. 3.

Experimentum inauditum, factum ab Excellentiſſimo Nicolao Francimontio, Proto-Medico Pragenſi.

Recipe olei vitrioli per repetitam rectificationem dealbati partem unam, ſpiritus vini optimi per tartarum album rectificati partes duas vel tres, miſce & diſtillentur ex cucurbita in arena poſita, igne fortiori, applicato recipiente capaciſſimo. Inter diſtillandum prodiit fumus per recipiens oberrans, infra quem ſpiritus craſſitudine carpi figura colubri viventis tincti colore ex albo gryſeo variegato, in gyros & flexus multiplices pro acceſſu ſpiritus ex cucurbita in recipiente ſeſe contorquentis, qui minimum duabus horis apparuit, ac tandem in ſpiritum urentiſſimum reſolutus fuit. Ni ratio ſuſpendiſſet judicium, juraſſem, vivum eſſe. Horum fui ſpectator

Nicolaus Franchimont, *M. D.*
& ejusdem Practicæ Profeſſor Pragæ.

§. 4.

Plantulæ ſupra dictæ una cum epiſtola Cornarii fere iisdem, ut ſupra verbis, meminit etiam P. Gasp. Schottus *in Phyſica curioſa p. 1359. ſeq.* Et ex Sennerto *l. c.* Amos Comenius in *Synopſi Phyſica ad lumen divin. reform. p. 191. ſeq.*

Cap.

Cap. IX.

NEc res uno aut duobus ſaltim pateſcit exemplis, quin longe plures variorum præſto ſunt experientiæ. *Hinc doctiſſimus Anglus* Thom. BROVVNE *de Relig. Med. ſect. XLVII. p. m.* 273. ait: *Plantam in cineres reductam videns " contemplativus a ſcholis Philoſophus, hinc formam protinus " perire, & in æternum valedicere credit. Cum tamen formas " non perire artificio ſenſibili conſtet, ſed tantum* (a) *in partes in" combuſtibiles abſcondiſſe ſe, ibique a voracis ejus elementi a" ctione tutas latitare. Hoc experientia compertum eſt. Ar" tis enim opera ex plantæ cineribus plantam ipſam revocari, " & ex favillis in folia & caulem redire vidimus.*

COMMENTARIVS

AD CAP. IX.

§. 1.

(*a*) IN *partes incombuſtibiles*) intellige *cineres*, in quibus formæ, hoc eſt, ſal plantarum ſeſe abſcondit, ab igne voraci, nec perdi poteſt. Conf. E. Philaletha *in Anthropoſophia Theo-Magica* p. 38. locum ipſum invenies infra in notatis *ad cap. XI.* §. *34.*

Cap. X.

DE Franciſco Joſepho BVRRHO, *famoſo illo Medico Italo*, hæc ſcribit *Cal. Januar*, CIƆ IƆC LX. F. R. C. R. (is eſt *Ampliſſ.* Joh. Friſchmannus *Regis Chriſtianiſſ. Conſil.* & *Reſidens Argentorati*) *in monumento illi ſacro* 2. *a*.

Potens Artifex
Spiritum (*a*) *concipere mundi,*

Plantas (b) in cineres, manente cujusvis figura, deducere,
Earundem cineres
Suis (c) cum cujusvis lineamentis Talismannicis (d) ad eandem ſpeciem deducere,
Ignis beneficio rite ſubpoſiti balneo Mariæ.

Idem *ex hoc* meminit quoque P. I. Sachs. *Ampelograph. l. 2. ſ. 9. c. 5. p. m. 637.*

COMMENTARIUS

AD CAP. X.

§. 1.

(a) S*Piritum concipere mundi*) Spiritus mundi Chimicorum, ut ferunt, eſt vapor terræ menſe Octobri prodiens.

§. 2.

Gen. II, 6. Marc. Fr. Roſencreutzer *in Aſtron. inferiori p. 167. ſeq.* e Baſilio Valentino. Dn. D. Jac. Waitzius, *Archiater & Conſul Gothanus*, in dem Bedencken über die wahre *Alchymiam & quidem præfat. p. 16.* promittit Diſcurſus de Spiritu mundi editionem, *dicens:* Darinnen werde gewieſen/ daß die Waſſer über der Feſte/ dieſer allgemeine Welt-Geiſt ſey; wie ſelbige Waſſer vor allen creatis im andern Tagewerck von denen Waſſern unter der Feſte durch die Feſte des Himmels abgeſchieden/ und vom allweiſen Werckmeiſter voraus geſchickt worden/ und wie ſich ſolche mit einer erhaltenden und lebendig machenden Krafft bezeigen/ wie ſie ſo wohl vor ſich/ als mit Lufft/ Wind und Regen in alle ſublunaria eindringen ꝛc.

§. 3.

Excell. Dn. D. Rudolphus Guilielmus Crauſius *P. P. in Acad.*

Acad. Jenenſi in cogitationibus Phyſico-Medicis de Spiritu mundi §. *XIV*. ait: Motorem intrinſecum ſeu Principium activum corporum naturalium eſſe ſal, non in ſpecie hoc, vel illud, ſed univerſale qvoddam, omnibus commune principium, ad acidi naturam abſolute accedens. Et §. XV. Hocque ipſum eſt Ariſtotelis QVINTA ESSENTIA, ab elementis toto genere diſcreta, VITALE PRINCIPIVM Theophraſti, BALSAMVM NATVRAE & 🜍 VITALE Chimicorum, quod ſpecies individuorum propagatione conſervat; NATVRA ECTYPA & Archætypæ organum Platonicorum, quod Hippocrates *CALIDVM* INNATVM, cuncta animans vocat; SPIRITVS VIVVS omnium creaturarum *Sendivogii*, OCCVLTVS vitæ CIBVS, ROS de nocte, AQVA RAREFACTA de die dictus, ſine quo aqua putreſcit, & ignis extinguitur; VITA Petri Johannis Fabri, ſingulis horarum momentis e cœlo in terram (per aerem) defluens, unde, tanquam ex communi promptuario, viventia omnia & ipſe homo vitam capesſant. ARCHAEVS VNIVERSALIS Theophraſti Paracelſi, quo mediante omnia corpora intrinſece moventur; CALOR & ANIMA Sennerti, cujus plena ſunt omnia; IGNIS PRIMAEVVS Henrici Nollii; IGNIS VIVIFICVS, quod omnia ex chao producta inde vivificentur; IGNIS NATVRAE, VIRTVTIS, SAPIENTIAE, IGNIS SVMMVS &c. Elementaris; COELVM EMPYREVM, quem alibi MACROCOSMVM SVPERIOREM vocat. COELESTIS IGNIS P. Lanæ, Principium omnis motus localis in ſingulis corporibus ac veluti perennis fons vitæ, ex quo omnes materiales ſeu plantarum ſeu brutorum animæ conſtant. Vno verbo: NATVRA illa VNIVERSALIS famoſiſſima, quam cum Platone, Triſmegiſto, Ploti-

no, Ficino, Luc. Ann. Seneca, aliisque VNIVERSI ANIMAM, & SPIRITVM MVNDI ſalutare nobis placet.

§. 4.

Papinius *in diſſertatione de pulvere Sympathetico* de eodem Spiritu hunc ſibi conceptum format, *dicens*: Natura a primo mundi ortu *cœleſtem quandam ſubſtantiam* per univerſum orbem diſſeminavit, quæ excelſa cœli, infimaque terræ attingens, ſimplex eſt & inviſibilis; ac a corporis mole libera cum ſit, omnia replet, & illuſtrat, quamvis loci nihil occupet, formarum ſubſtantialium ad inſtar, quæ accidentario ſunt in loco, nec tamen diviſibiles, aut cum materia miſcibiles, licet quælibet tota ſit in ſubjecto ſibi corpore, & in ſingulis ejus partibus. Hæc igitur ſubſtantia nec animata, nec animans, ſubjectum eſt æquivoce appoſitum cunctis cœleſtium corporum influxibus ad hæc inferiora deferendis. Eorum δυνάμεις, virtutes, characteres & impreſſiones ſuapte natura recipit, eorumque irradiationem integram, puram putamque ad intimas quasque cujusvis naturæ corporum partes defert: quorum internos igniculos ſuſcitat, ipſisque receptas vires impertit.

§. 5.

Petr. Servius *Diſſert. de ungu. Arm. mundi*, *inquit*, Spiritum appellamus, quicquid ſit illud, quo res invicem amice nectuntur, e cœlo derivatum. Vid. Dn. D. Joh. Nic. Martii *diſſ. de Magia Naturali c. 2. §. 3. in not. edit. ſecundæ p. 27.*

§. 6.

Arnold. Bachimius Denſtonius *in Panſophia Enchiretica §. 6. pſ. 7. p. 5. ſq.* Spiritus mundi eſt vera ſubſtantia, in luce repræſentata, & eſt principium omnis motus & omnium

um actionum, vitam tribuens univerſo. - - Cum igitur ille ſit vivens, ideo omnia in hoc mundo per illum vivunt, unde cœlum, ſol, ſtellæ, terra, aqua, ignis, mineralia, metalla, lapides & varia alia vivunt, & non ſunt mortua: mortem enim non fecit Dominus.

§. 7.

Et *ibid.* §. 191. p. 154. Hic eſt, *inquit*, ille ſpiritus, quo omnia vivunt, nutriuntur, augeſcunt, & creſcunt, ratiocinantur multum vel parum, deficiunt, ac pereunt, unus omnium director, totam machinam univerſi diſponens juxta intentionem & ordinationem ſui creatoris - - - §. 192. p. 155. Creatum illum eſſe ſacra ſcriptura fatetur, non quidem, dum dicit Gen. I, 2. *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas*, quod de Spiritu Sancto intelligitur, ſed dum dixit Deus; *Fiat lux & facta eſt Lux.*

§. 8.

Et §. *193.* Lux igitur creata, quam nos videmus, cujus generationes ſentimus, palpare tamen ob ſubtilitatem non poſſumus, eſt illa *Anima mundi*, *ille Spiritus mundi*, omnia totius univerſi ſubjecta penetrans, illuminans, actuans, movens, mutans, corrumpens, nobiliſſima & ſubtiliſſima, Quinta rerum eſſentia, ſemi ſpiritualis, poſt Angelos ac animam, creatura, quæ omnia implet, nihil ſibi præcluſum inveniens, atque in centro terræ usque ad cœlum empyreum inſtar globi expanſa.

§. 9.

Et §. *194. p. 156.* Centrum ejus eſt in centro mundi, ubi Ideis in ſulphure exiſtentibus, ad hoc actuata in flammam abit, & ignem ſubterraneum & centralem conſtituit, Diabolos & damnatos crucians, in rabiem quaſi verſa; ſic cum ſit ſemiſpiritualis ob nimiam in eſſentia ſua ſubtilitatem

facile proportionari poteſt, ut ſpiritus cruciet, ipſa interea impatibilis, ut ignis noſter in ſe ipſo non patitur. &c.

§. 10.

(*b*) *Plantas in cineres, manente cujusvis figura, deducere*) Hoc fit nebuloſa ea aqua, quæ ſpiritus mundi vocatur, ſi humectentur, & in vitro clauſo reponantur, figura quidem, ſed non forma pereunte.

§. 11.

(*c*) *Suis cum cujusvis*) Intellige artificium Palingeneſias, de quo Autor agit.

§. 12.

(*d*) *Talismannicis*) metaphorice pro *accuratiſſimis, propriis*, genuinis ac veris, quas nemo negare poteſt, a צלמניא Tſilmenaja, voce Chaldæis & Perſis uſitata, ducta ab Hebraica צלם *imago*, de qua Witſius *in Ægyptiacis l. 2. c. 8. n. 2. p. 113.* ubi ex Arnobii *l. 2.* Ægyptii, *inquit*, faſcinantes ſerpentes dicuntur ſe laminis protegiſſe adverſus eorum morſus, vendentibus has Marſis, Pſyllisve. Et Bochardus *ex Nubienſi Geographo, Hierozo P. II. l. 3. c. 6.* refert de urbe Emeſa, eam ita eſſe *Talismannizatam*, *i. e.* talibus τελέςμασιν inſtructam, ut nulli eam ſerpentes, aut ſcorpiones ingrediantur, quin ſi ad portam civitatis inferantur, ſtatim exſpirent.

§. 13.

Thomas Stanlejus *in hiſtoria Philoſophiæ orientalis l. I. Sect. II. c. 26. p. 68. ſq.* Præterea, *inquit*, a Chaldæis inventam affirmant *Rabbini* arcanam figurarum virtutem: neque ejusmodi imaginibus quicquam unquam celebrius fuit. A Chaldæis & Perſis *Tſilmenaja* צלמניא vocantur, voce ducta ab Hebraica Tſelem צלם *imago*. Arabes vocant טלשמן *Tilſa-*

Tilſamon, forte ex eadem radice, quod veriſimilius videtur, quam, quod conjiciunt quidam ab iis voces, quibus utuntur, a Græco vocabulo τέλεσμα, quo τετελεσμένον τι, *aliquid perfectum* ſignificatur, deductas.

§. 14.

Hæ imagines ſub certis conſtellationibus conficiebantur, in varios uſus, ſive averruncandi, ſeu prædicendi cauſa.

§. 15.

Quæ inſtar amuletorum erant, eas quidem putant eſſe recentius *a Thyanæo Apollonio* inventas; ac revera primus, eo de nomine, apud Græcos celebris factus eſt. At hanc artem ab eo ex oriente allatam, veriſimile eſt, quoniam ejusmodi imagines, per totum orientem, etiamnum hodie plurimæ conſpiciuntur, & nonnullæ quidem antiquiſſimæ: quas (Jac.) Gaffarellus (*in libello Gallico inſcripto Curioſitez inouïes, ſ. curioſitates inauditæ*) laudat, ut earum inventionem Perſis, aut ſi mavis, Chaldæis, vel Babyloniis deberi oſtendat.

§. 16.

Hæ imagines a Græcis vocantur στοιχεῖα & στοιχειώσεις, earumque opifices στοιχειωματικοί. Generabiles & corruptioni obnoxiæ formæ, *ait* Ptolemæus *in Centiloquio*, a cœleſtibus afficiuntur formis, qua de cauſa *Stoichiomatici* iis utuntur; quod a ſtellis eas inſideri putent.

§. 17.

In quæ verba *Hali Aben Rodan*, aut, ut Hebraica habet translatio, *Aben Giafar*, ſcribit: In hoc capite Ptolemæus multa imaginum arcana revelare aggreditur, & oſtendere figuras, quæ hic infra ſunt, reſpondere iis, quæ ſunt ſupra, a quibus afficiuntur. Exempli gratia cœleſtis ſcorpius terreſtribus ſcorpiis, & ſer-

& ſerpens cœleſtis terreſtribus anguibus præeſt. Periti ſtellarum obſervabant, quando planeta ex radiis ſolaribus emergebat, & ingrediebatur, conſtellationem aliquam, cui figura hujusmodi tribuitur; tum planeta in Horoſcopio collocato, inſculpebant figuram lapidi, addebantque alia neceſſaria, & imaginem ad exitium, vel ad tutelam aptabant. Atque ea virtus in lapide diu perſeverabat.

§. 18.

Plura idem Stanlejus *ibid. c. 27.* de Taliſmannibus prædicendorum futurorum cauſa confectis habet, quem adi. Add. ſi libet, ipſius Jac. Gaffarelli *curioſitates inauditas de figuris Taliſmannicis Horoſcopo - Patriarcharum & characteribus cœleſtibus cum notis* M. *Gregorii* Michaelis.

§. 19.

Quid vero de talismodi imaginibus & ſigillis vere, (niſi hieroglyphice intelligantur forſitan) ineptiis dicam an impietatibus, ſentiendum, Theoſophis notum eſt; Qua de re etiam Eugenius Philaletha *in Lumine de lumine p. 23. edit. Germanicæ*, mentionem facit, qui ait; Nun reden die alten Magi in ihren Büchern von ſeltſamen Aſtrologiſchen Lampen / Ringen / Platten / welche zu gewiſſen Stunden verfertiget / unglaubliche Dinge würcken ſollen. Der gemeine Aſtrologus nimmt einen Stein / oder ein Stück Metall / bildet darauf lächerliche Characteren / und denn leget er ſie öffentlich den Planeten dar / nicht in einer Alkemuſi, ſondern als es ihm ſelbſt träumet / ichweiß nicht wie. Wenn dieſes geſchehen / iſt es alles umſonſt / aber ob ſie gleich in der That ſelber fehlen / glauben ſie doch / ſie verſtehen die Bücher der Magorum gar wohl.

§. 20.

Sic Marcus Antonius Zimara *in Tractatu Magico c. 8. p. 13.* Affirmant Magi, & mordicus defendunt characterum & annulorum vim magnam eſſe & tantam, ut effectus illos adeo decantatos efficere queant. Aſſentiuntur his Platonici, & veteres & recentiores: Reſiſtunt alii, docentque nihil ex his ipſis fieri contingereve poſſe; & ſi quid fiat, ex pacto & conſtituto, vi Dæmonum permiſſa a Deo fieri, nec ſoli characterum figuræ fidendum, adſcribendumve exiſtimant ſaniores noſtræ ætatis & Philoſophi, & Medici, & Theologi. Sunt autem imaginum ſeu figurarum Magicarum genera *tria: Primo* generi adhibentur ſuffumigationes, incantationes & per Angelorum decantata illa nomina exorciſationes, quibus ceremoniis honor Dæmoni manifeſte exhibetur, & idololatria committitur. *Alterum* genus characteribus & ſculpturis nititur, mere barbaris, in hoc genere conſpiciuntur quatuor hujus mundi cardinum principum nomina, & alia ſuperſtitionum mera figmenta. *Tertio* generi adnumerantur figuræ coeleſtibus correſpondentes, & ſubjectæ, quæ quia ſuperſtitioſis quibusdam nugamentis & circumſtantiis adhibendis nituntur, rejiciendæ plane ſunt, & ex iis effectum non ſequi, tenendum &c.

CAP. XI.

BORELLUS (*a*) *C. IV. obſ.* 62. *p. m.* 326. ſcribit. *Quod,* „ *ad plantas attinet, vidi nucis* (*b*) *figuram in oleo nucum* „ *exſiccato*, (repetit hoc *c. IV. obſ.* 71.) *pomorum ſuccus con-* „ *gelatus mali figuram etiam ap. amicum exhibuit; alter in li-* „ *xivio cancrorum* (*c*) *figuras eorum vidit. Sed, quod majus* „ *eſt, Quidam non ſolum figuras vident a ſale reſurgentes* „ *ſed revera animata corpora e ſale illo exſurgunt, ut de cancris* „

"*calcinatis, & in aqua ſtagnante projectis expertus eſt* D. *de*
"Chambulan, & alii *mihi cogniti, ut & de bufonibus calcinatis.*
"Sicque adſeverat BOCHAS *in Phyſica ſua, bufones ex ana-*
"*tis (d) corruptione oriri, quod eos comedat, & ex ardea lu-*
"*ciis nutrita lucios rurſus oriri copioſos: ſi vero ex carpioni-*
"*bus, carpiones. (e) Hinc fit, quod terra ſtagni ſiccata & rur-*
"*ſus aqua commiſſa rurſus piſces (f) progenerat.*

COMMENTARIUS

AD CAP. XI.

§. 1.

(*a*) Continentur hoc capite Experimenta Palingeneſias ex regno vegetabili & animali, ut & animalium metamorphoſi unius in alterum &c. de quibus poſtea plura reſurrectionem corporum noſtrorum illuſtrantia exempla.

§. 2.

(*b*) *Nucis figuram*) *Aliud exemplum ejusdem* Borelli M. Greg. Michaelis in not. *refert ad* Jac. Gaffarelli *curioſ. inaud. p. 249. ſq.* in rore, *inquiens*, congelato, fracta glacie arborem cum foliis, fructibus, ramis, radicibusque ad *nucis* figuram conſpectam.

§. 3.

Idem Borellus tradit *cent. 3. obſerv. 71.* quem locum indicare autor videtur, quando paulo poſt dicit: repetit hoc *c. IV. obſerv. 71.* ſed non eſt repetitio ejusdem, ſed narratio alius experimenti.

§. 4.

Aliud ejusmodi experimentum vide infra c. XXI.

§. 5.

§. 5.

c) Cancrorum) P. Jac. Schottus *in Phyſ. curioſ. p. 1381.* Cancrorum, *inquit*, fluviatilium cinis in loco humido, vel in vaſe terreo ſinatur cum aqua modica; hinc intra 20. dies innumeræ atomi animatæ viſuntur, quæ ſi ſanguine bovino irrorentur, in cancros paulatim commutantur.

§. 6.

Experimentum Digbæanum circa reſuſcitationem cancrorum refert Georg. Michaelis *in notis ad* Jac. Gaffarellum *in Curioſit. inaud. p. 249.* Cancros, *inquiens*, & piſces, mira palingeneſi reverberio calcinatos reſtitui poſſe aſſerunt viri clariſſimi, ſi ſal ex iis extrahatur, qui filtretur, & omnis ei humiditas evaporando extrahatur, & in ſalem in fundo remanentem certus liquor, (e. g. ſi cancer ſanguine bovino irroretur, in ſimili reverberatorio (lege receptaculo) in locum humidum, ut putreſcat, effundatur, hac facie atque hoc omine intra paucos dies vel animalcula, vel cancros prodire docet illuſtriſſimus Comes Kenelmus Digby *diſſert. de vegetatione plantarum Londini 1660. habita*, & *Nobil.* P. I. Sachs. *a Löwenheim* Gammarol. *c. 13. §. 6.*

§. 7.

Idem repetunt e Digbæo D. F. V. von der Palingeneſie §. 50. & D. Jo. Joach. Beccherus *Phyſ. ſubterr. Lib. I. Sect. III. c. IV. p. 151.*

§. 8.

Id vero experimentum cum omnibus ſuis circumſtantiis Georg. Hartmannus *ex MSctis Anglicanis* Digbæi *edidit*, & Joh. Langius in vernaculum ſub tit. Auserleſene ſeltſame / Philoſophiſche Geheimniſſe und Chimiſche experimente, tranſtulit, p. 127. hoc modo:

Nimm luna decreſcente, und / wo möglich / im Krebs/ oder wenigſtens wäſſerigen Zeichen / einen Theil lebendiger Krebſe / theile ſie in 2. Theile / thue einen Theil davon in einen Topff / der nicht glaſurt iſt / decke ihn zu mit dem Deckel / lutire ihn wohl / ſetze ihn zu calciniren / 7 = 8. Stunden in ein ſtarck Feuer / bis ſie calcinirt ſind / und in einen marmelſteinernen Mörſel gebracht werden können. Nimm denn den andern Theil derſelben / die auch alle lebendig ſeyn müſſen / und koche ſie in lebendigen flieſſenden Waſſer / ſo demjenigen gleich iſt / darinnen ſie gefangen worden / alsdenn gieſſe das Waſſer ab / und wenn es kalt worden / ſchütte es in ein höltzern oder irden Gefäß / und ohngefehr in einen halben Eimer voll / ſchütte etwan eine halbe Hand voll des Pulvers von den calcinirten Krebſen hinein / rühre es wohl unter einander mit einem Stock / laß es ſich ſetzen / und rühre es gar nicht mehr um / ſo wirſt du in wenig Tagen in dem Waſſer gleichſam viel kleine Stäublein / welche die Gebuhrt der Krebſe ſind / ſich in dem Waſſer bewegen ſehen. Wenn ſie nun haben die Gröſſe eines kleinen Knopfs / ſpeiſe ſie mit Rinder-Blut / und wirff davon von Zeit zu Zeit ein wenig ins Waſſer / ſo werden ſie mit der Zeit zu ihrer natürlichen Gröſſe wachſen. NB. Ehe du das Waſſer ins Gefäß thuſt / thue zuvor etwas Sand hinein / ſo viel / daß der Boden eines Fingers dick damit bedecket iſt. Hæc ille. Notandum hoc loco, die 4. Septembris 1716. Dominum Henricum Matthiam Pfannenſchmidium, apud Lipſienſes Doctorem Medicinæ celeberrimum, in Muſeo meo luſtraturum, quæ poſſideo varia metalla, mineras, ligna, aliaque in ſaxum mutata, inter alia hujus arcani mentionem feciſſe, ſancteque affirmaſſe, Dn. D. Pezoldum Lipſiæ anno ſuperiori ſe præſente ex hoc præſcripto egiſſe, remque

omnino

omnino voto adeo reſpondiſſe, ut cancri vivi aquis innatarent.

§. 9.

In maceratione cineris cancrorum Lutetiæ cancros vidiſſe D. Certain teſte D. Schroedero, Autor eſt D. I. Dan. Horſtius *in Comp. Phyſ. Hippocr. diſſ. 6. §. 4. p. 40. ſeqq.* Autor der *curieuſ*en unterſ. etl. Mineralien/ Thiere und Kråuter. §. *13.* mentionem etiam facit hujus arcani his verbis: Nach der Lehre Borelli wachſen aus calcinirten Krebſen/ inſonderheit deſſen extrahirten Saltze/ mit Hülffe des von Krebſen ante calcinationem deſtillirten liquoris mediante putrefactione viele junge Krebſe.

§. 10.

(*d*) *Bufones ex anatis corruptione*) ſub fimo putrefacta anate *bufonem* generari teſtantur verſus apud Portam *in Magia naturali l. 2. c. 2.*

Bufones gigno putrida tellure ſepulta,
Humores pluvii forte quod ambo ſumus.

cit. P. Gaſp. Schotto *in Phyſ. curioſa p. 738.*

§. 11.

Cui aſſentitur *D. Joh. Joach.* Becher *Phyſic. ſubterr. l. 1. Sect. V. c. 1. p. 291.* Ex anatibus, *inquiens*, putrefactis *bufones* oriuntur.

§. 12.

A. Kircher. *de arte Magnetic. l. 3. part. 3. c. 1. p. 561.* Putrefacta ſub fimo anas bufones producit.

§. 13.

Et laudatus P. Gaſp. Schottus *l. c. p. 1282. ait, ex Wilhelmo Schröttero: Bufones* naſcuntur longo tempore, calore atque foeditate illos producentibus, quod naturæ opus,

ſuum tempus, aliud longius, aliud brevius, requirit: Si autem ſuccurrere naturæ allaboramus, id quod multis hebdomatibus præſtat natura, arte trium dierum ſpatio efficitur: *anatem* enim duabus patinis impoſitam, atque in fimo reconditam, tertio die in bufones transmutatam experientia edoctus ſum.

§. 14.

Idem *bufones* e limo terræ creari putat p. 713.

§. 15.

Et *p. 738.* Eſt, *inquit*, in Darienſi novi orbis provincia vicus adeo a natura ſoli peſtifer, quod coenoſis paludibus eſt ſeptus, ut ex guttis aquæ, qua domus pavimenta irrigant, illico bufones gignantur, teſte Petro Martyre *Dec. III. l. 6.* Ex mulierum *ſangvine menſtruo* putrefacto eosdem naſci veriſimile eſt; nam mulieres una cum foetu ſubinde illas effundunt, ut teſtatur *Cœlius Rodiginus*, *Platearius & alii.* Mulierem quandam recens nuptam, cum omnium opinione prægnans diceretur, loco foetus, quatuor animalia, ranis ſimilia peperiſſe teſtatur Porta *l. 2. Magiæ natur. c. 2.*

§. 16.

(*e*) *Carpiones*) Memoratu dignum eſt, quod Autor der geheimen Unterredungen zwiſchen zwey vertrauten Freunden von der *Magiæ naturalis* Urſprung *p. 143.* dicit: So iſt mir auch nicht unbekannt / einen geſottenen Carpen durch Uberſtreuung eines gewiſſen Pulvers / und Werffung ins Waſſer wieder lebendig zu machen. Quem *pulverem ſi cum orbe erudito communicaſſet*, *rem feciſſet egregiam.*

§. 17.

(*f*) *Piſces*) Cæſar Vaninus *de admirandis naturæ*

arca-

arcanis p. 199. Piſces quidam, *inquit*, ex putredine oriuntur, ut de tinchis, & anguillis, apud naturæ conſultos compertum eſt; Sane in paludibus, ubi nec fluviorum, nec maris acceſſus ullus, *tinchæ* inveniuntur complures. In ſtagno Magallone ex *equino cadavere* anguillas innumeras procreatas, ſcribit *Rondeletius*. Addunt ſapientes, ex *angvillæ ſaliva* alias procreari, quod ad ſpontaneam generationem referunt. Eſt enim pinguis admodum, & putredini obnoxia. Nos aliquando in vitrea pixide ſoli expoſita, *angvillam* ſervavimus, & ex craſſa ipſius *ſaliva*, ſolis calore adjuta *vermiculi* prodiere. - - - Alii ex *ſpuma maris* congenerantur. - - - quomodo? Admixta pluvia, multoque aere in ſpuma concepto coeli vis ſeſe inducit, atque interna foecundat. - - - alii ex *arborum frondibus* gignuntur. - - - *Arboris* cujusdam Invernæ fluvio imminentis, quotquot in eum frondes collapſæ fuerint, *piſcium* formam induunt, *piſces* vivunt deinceps.

§. 18.

Et Joh. Baptiſta Porta *l. 2. c. 2.* ait: videre licet locum convallibus vndique ſeptum, quem fons nullus irrigat, nullus alluit locus, denique nil, niſi coeleſtem imbrem admittit; & eum cum imbres replent, illico *variis piſcium generibus* repletur.

§. 19.

P. Schottus *l. c. p. 1381.* e Martini Kergeri libro *de fermentatione ſect. I. c. 6.* Mel, *inquit*, ſi rore Majali una in gramine plenilunium tulerit, in *anguillas*; cum pane ſecalitio, (*id eſt* ſiligine) in *formicas* tranſit.

§. 20.

P. Athanaſius Kircherus *Mundo ſubterraneo P. II. p. 140.*

Anguillæ

Anguillæ ex pelle, qua quotannis exuuntur, putrefacta, vel etiam ex ipſius pellis ad ſaxa detritæ ramentis, ſine ſemine naſcuntur. Cujus veritatem experieris, ſi pellem anguillæ minutim conciſam limoſo ſtagno injeceris: nam intra menſtruum ſpacium novam *angvillarum* pullaginem reperies. Miro & experimento nobis innotuit locum convallibus undique ſeptum, quem fons nullus rigat, nullus alluit lacus, nil denique præter coeleſtem imbrem admittit, illico variis generibus *piſcium* repleri, cujus rei teſtimonium ego oculatus inſpector dare poſſum. In campo quem eminentiſſimus Cardinalis Vrſinus prope mare in ſtagnum converterat, ſtatim ac effoſſi campi concavum hybernis imbribus repletum fuit, ſimul etiam intra paucos menſes id omni piſcium genere repletum reperimus, cum tamen uullus adhuc in eum piſcis illatus fuiſſet. Hæc ille. Conſentit Autor *Magiæ naturalis Norimbergenſis part. X. n. 36. p. 670.* Zerhacke eine Haut vom Aale in viel kleine Stücklein / und werffe ſolche in einen ſchlammichten Weyher / ſo wird man in Zeit eines Monats Aalen-Brut davon bekommen.

§. 21.

Porta *l. 2. magiæ naturalis c. 2.* refert ex Ariſtotele, *anguillas* in mari, quo *algæ* ſunt, ſponte naſci: & ipſe novit amicum, qui ligneis vaſis aqua plenis, algis & quibusdam fluminum herbis immiſſis & lapidis pondere oppreſſis ſub dio paucis diebus *anguillas* generabat, *cit.* P. Gaſparo Schotto *l. c. p. 739.*

§. 22.

Ariſtoteles etiam *l. 6. Hiſt. animalium c. 16.* aſſerit *angvillas* ex putri uligine provenire.

§. 23.

§. 23.

Abrahamus Mylius *de origine animalium & migratione populorum p. 123. inquit:* Er wiſſe aus erlangter Nachricht / wie man aus der Erden Aale könne herfürbringen: Man ſoll nur im May Monat / wenn der Thau häuffig fället / vor der Sonnen Aufgang auf einem wohl begraſeten Felde mit der Hacke oder Schauffel / zween gleiche Raſen graben / und dieſelbe ſolcher Geſtalt auf einander legen / daß ſich die graſigte Seiten zuſammen ſchlieſſen / hernach an den Rand eines Fiſch-Teiches ſtellen / an der nördlichen Seiten / wo die Sonne am meiſten ihre Strahlen wirfft / da werde man / ehe denn wenig Stunden verfloſſen / ſehen / wie ein gantzer Schwarm von kleinen Aal-Fiſchlein daraus entſtehe. Wie denn etliche durch ſolches Mittel ihre Fiſch-Teiche mit einer groſſen Menge Aals beſetzet.

§. 24.

Sic & D. Martius *diſſ. de Magia naturali c. 2. §. 2.* in notis: Quomodo *anguillæ* ex rore producantur, piſcinarum cultoribus notum eſt. Modum habet Tackius *Phaſid. III. p. 61. Add.* Autor der *curieuſ*en Unterſuchung etlicher Mineralien ꝛc. §. *13.*

§. 25.

Ex Ariſtotelis *libr. de auſcultat. mirabilibus* D. J. D. Horſtius *in Compendio phyſicæ Hippocrateæ diſſert. X. Theſi XI. p. 69.* Piſces, *inquit*, foſſiles eruuntur in Paphlagonia (& in Germania Peißker dicti) *Agricolæ.* In terra enim, Ariſtotele *teſte*, omnia quodammodo animarum plena ſunt.

§. 26.

Cum vero ſupra promiſiſſem, plura ejus rei exempla ad

auctoris noſtri methodum me adducturum, & ex vegetabili & ex animali regno, & metamorphoſi unius in alterum, quæ artificium Palingeneſias, atque adeo noſtrorum corporum reſurrectionem vel probent, vel ſaltem illuſtrent, ſequentia addere lubet.

§. 27.

I. Comenius *in Synopſi phyſices* dicit: *Muſcæ* aquis ſuffocatæ in calido cinere ad vitam redeunt: quomodo & homines (aquis) ſuffocatos calidis fomentis & potionibus poſt aliquot horas ad vitam fuiſſe revocatos certum eſt.

§. 28.

Notum eſt etiam cuivis, *creta* inſperſa muſcas aquis ſuffocatas reviviſcere. Hildebrandus *in Magia naturali l. 2. c. 52.*

§. 29.

Sic Panſa *de proroganda vita theor. Spec. 1.* citante Camerario *ſylloge memorabilium medicam. & mirabilium naturæ arcanorum Centur. 5. n. 85. p. 74.* Muſcæ in aqua ſuffocatæ, & prorſus extinctæ in vitam redeunt, ſi conſpergantur ⊖e & calori exponantur.

§. 30.

Muſcarum producendarum modum exhibet Dn. D. Joh. Andr. Schmidt *in diſſ. de corporum natural. παλιγγενεσία Theſ.* III. muſcarum, *inquiens*, collige cadavera, eaque prius aqua mellita nonnihil macerata, ſupra laminam impone æneam, deinde laminam more chimico ſupra cinerem aut arenam calore lento carbonibus ſuppoſitis, aut etiam fimo equino tepefactam expone, & adſpectu tuo cernere licebit, mox microſcopii ope inſenſibiles quosdam vermicu-

los

los naſci, deinde alis aſſumtis ſenſibiliter in muſcillas, & tandem ad ſenſum creſcentes in perfectas muſcas animari.

§. 31.

Ex aceto muſcas & vermes oriri, mox *infra* e D. Becchero docebitur.

§. 32.

Lutherus in den Tiſchreden *c. 49. p. 454. a.* Wenn Chriſtus am jüngſten Tage wird mit der Poſaune blaſen laſſen / alsdenn werden ſie alle wieder herfür wiſchen / und auferſtehen / wie die Fliegen / ſo im Winter todt da liegen / gegen dem Sommer aber / wenn die Sonne kommet / ſo werden ſie wieder lebendig; desgleichen werden die Vögel / ſo den Winter über in Neſtern oder Stein-Klüfften / und in Ritzen / als der Guckuck / Schwalben und andere / in den holen Ufern am Waſſer todt liegen / gegen den Lentzen wieder lebendig werden / wie die Erfahrung zeuget.

§. 33.

Inter Femariam, inſulam maris Balthici, & Holſatiam, aliquando piſcatores *hirundines mortuas* aperta æquoris glacie, cum piſcibus capiendis operam darent, cepere, quas viderunt mox in conclavi calido reviviſcentes, paulo poſt tamen iterum eas morientes, cum vernum tempus nondum inſtaret. Id quod ab oculato fideque digno teſte mihi narratum eſt.

§. 34.

Comenius *l. c. p. 172.* Obſervatione non indignum eſt, ſpiritum animalem potius, quam plane materiam putreſcentem deſerat, alterius generis animalcula formare, nempe *vermes* & ſimilia. Naſci autem ex animalibus mortuis & putrefactis illa potiſſimum animalia, quibus illa viva veſci ſolita ſunt, experimento certum eſt, e. g. ex *ciconiarum* carne

naſci *ſerpentes:* e *gallinarum*, *araneas:* ex *anatum*, *ranas &c.* quod ita evenire, ſi in fimum defodiantur, *Johannes Poppus*, *Coburgenſis deſtillator*, poſt alios docuit. Patet igitur, ſpiritum animalem ubique, & ſolerter admodum, operoſum eſſe circa corpora animanda.

Cui reſpondent exactiſſime, quæ habet Eug. Philaletha *in Anthropoſophia p. 38. ſeq.* Es iſt eine Verwunderungswürdige Sache / daß in der Natur unverweßliche und unſterbliche Anfänge zu finden. Unſer gemeines Küchen-Feuer / welches auf gewiſſe maſſe aller zuſammen geſetzten Dinge feind iſt / zerſtöret iedennoch nicht ſo wohl etliche Theile / als es dieſelbigen reiniget / wie ſolches die Aſche derer Gewächſe beweiſet. Denn ob wohl ihre zärteren äuſſerlichen Elementa durch des Feuers Gewalt hinweg dämpffen / ſo kan doch ihre Erde nicht zerſtöret / wohl aber zu Glaß gemacht werden / deſſen Fluß und Durchſichtigkeit von der Grundfeuchtigkeit der ſämtlichen Waſſer des zuſammen geſetzten verurſachet wird. Dieſes Waſſer widerſtehet der Grauſamkeit des Feuers / und kan nicht gantz ausgetrieben werden. In dieſem Waſſer / ſagt Severinus Danus, liege die Roſe unter dem Winter verborgen. Dieſe beyden Anfänge werden niemals von „einander geſchieden; Denn die Natur gehet in ihren Auf„löſungen nicht ſo weit / wenn der Tod das ſeinige verrich„hat / ſo entſtehet zwiſchen dieſen beyden eine Vereinigung / „und aus ihnen wird uns GOtt am letzten Tage auferwe„cken / und hinwiederum zu einer geiſtlichen Beſchaffenheit „bringen. Auſſer dem bleibet auch in ihnen die erſte allge„meine Tinctur des Feuers / ſo nach dem Tode noch ge„ſchäfftig iſt / die Natur abermals in ein Spiel zu reitzen / und „bringet Würme und andere geringere Gebuhrten hervor.

§. 35.

Camerarius *l. c. ex Panſa lib. de prorog. vit. theor. Spec. c. 1.* Serpentes in minutas portiones diſſecti, & occiſi, in cucurbitam poſiti, putreſcunt, ac novos ſerpentes opera caloris ex novis vermiculis producunt.

§. 36.

Martin. Kergerus *lib. de fermentatione ſect. 1. c. 6. Si ſerpens* in minutas partes conciſus, aqua pluvia maceretur, & ſoli ad aliquot dies expoſitus per diem & noctem ſub terra condatur, exemptæ partes microſcopio conſideratæ, innumeram ſerpentillorum copiam exhibebunt. E mortuis *ciconiis* generantur *ſerpentes.*

§. 37.

Porta *l. 2. c. 2. Mag. natur.* Ex *humanis carnibus* & præſertim medulla ſerpentes generari, eſt omnibus in confeſſo. Conf. Aelian. *l. 1. c. 51. de animal.* qui, hominis, *inquit*, mortui ſpinæ medullam putreſcentem in ſerpentem converti ajunt. Et Plinius *l. 10. c. 66. H. Nat.* Anguem ex medulla hominis ſpinæ gigni accepimus a multis.

§. 38.

Experimentum *ſerpentum* productivum Kircherus docet *Mundo ſubterr. l. 12. c. 6. p. 392.* hoc modo. Accipe quoscunque volueris ſerpentes, quos torrefactos prius in minutiſſimas partes diſcindes; has partes terræ uliginoſæ committes, quam aqua pluviali identidem per vas in cribri formam factum irrigabis, atque hoc pacto terram irrigatam ſoli verno expoſitam relinques; & intra octiduum totam terræ maſſam in vermiculos primo, qui deinde lacte aquæ permixto, & terræ ſuperaffuſo, incraſſati, tandem in perfectos ſerpentes conſurgent, qui deinde coitu quoque in infini-

finitum propagari poſſunt. Hoc me primum docuit ſerpentis cadaver, quod cum in campo offenſum diligenter obſervaſſem, eum infinitis vermiculis circumdatum reperi, quorum alii parvi, alii majores, alii denique jam apertam ſerpentis formam acquiſierant: Mirum tamen, ſubinde hujusmodi ſerpentulis muſcarum quasdam ſpecies commiſceri, quas ego quidem non aliunde, quam ex alimenti, quo ſerpentes frui ſolent, ſeminio provenire exiſtimarim.

§. 39.

Idem paucioribus verbis *de arte magnetica l. 3. part. 3. c. 1. p. 561.* Serpens, *inquit*, minutim conciſus, ſub terra defoſſus alios ſerpentes producit.

Et *ibid. l. 3. part. 5. c. 3. p. 634.* Serpens quoque mortuus plerumque ſerpentum ſeminarium eſt.

Autor der *curieuſen* Unterſuchung etlicher Mineralien / Thiere und Kräuter §. *14.* Nach Paracelſi Meinung *l. 6. de reſuſcit. rerum*, wachſen aus einer putreficirten Schlangen viele andere Schlangen.

§. 40.

Mures ſæpe generari præter naturam, autor eſt Vaninus *de admirandis naturæ arcanis, p. 58.* *Mus* non ſemper e parentum ſemine, ſed a *navalibus quisquiliis* procedit.

§. 41.

Idem *l. c. p. 395.* Sol dat *muris* formam in fimeto.

§. 42.

Voſſius *de origine & progreſſu idololatriæ c. 12.* Ex nili *limo* gignuntur *mures*, quos interdum cernas priori parte ſui abſoluta, altera etiamnum terreſtri.

§. 43.

Nierembergius *l. 3. hiſt. nat. c. 5.* narrat *ex* Acoſta,

mures

mures & *vermes* natos ex arundinibus in Nova Hiſpania. Cit. P. Gaſp. Schotto *Phyſ. curioſ. p. 739.*

§. 44.

Diodorus Siculus tradit, cum Nili ceſſet inundatio in Ægypto, calefaciente ſole humum ab aqua madefactam ac limoſam, variis in locis juxta Thebaidem ex terræ hiatibus oriri *murium* multitudinem, magno hominum ſtupore, cum videant, anteriorem usque ad pectus & priores pedes partem animatam moveri, poſteriori nondum inchoata, ſed informi.

§. 45.

Idem aſſerit Plinius *l. 9. Nat. Hiſt. c. 58.* dicens: Verum omnibus his fidem Nili inundatio affert, omnia excedentem miracula: quippe deturgente eo, *muſculi* reperiuntur inchoato opere genitalis aquæ, terræque, jam parte corporis viventes, noviſſima effigie etiamnum terrena.

§. 46.

Nec ex Nili ſolum aqua, ſed ex pluvia quoque ibidem naſci teſtatur Ælianus *l. 6. de animalibus c. 41.* primum, ut in Ægypto *pluit* perparvulis guttis, *mures* naſci ſolent, qui longe lateque totis arvis vagantes, maxima calamitate ex ſpicarum circumroſione & ſucciſione ſegetes afficiunt &c.

§. 47.

Avicenna *mures* ex imbre ortos per coitum mire excreſcere dicit: & ex putri materia, quæ in navibus reperitur, copioſiſſime mures produci, eosque coeundo alios generare. Cit. hæc omnia P. Schotto *l. c. p. 738.*

§. 48.

Ex putrilagine *mures* fieri aſſerit P. Schottus *l. c. p. 573. & 713. ſq.*

§. 49.

§. 49.

Ex boum ſtercore *mures* natos, Scaliger *in Theophraſtum*, ſe obſervaſſe dicit. Schottus *ibid. l. 12. c. 10. p. 372.*

§. 50.

Induſium muliebre occluſum cum frumento abire in mures intra paucos dies, teſtis eſt Helmontius *de ortu medicinæ p. 797.* Et idem *ibid. p. 92.* Hinc nedum pediculi, cimices, pulices & lumbrici hoſpites ac vicini noſtræ fiunt miſeriæ, noſtrisque velut naſcuntur e penetralibus & excrementis; ſed etiam, ſi induſium ſordidum intra os vaſis, in quo ſit triticum, comprimatur: intra paucos dies (puta 21) fermentum induſio hauſtum & odore granorum mutatum, ipſum triticum, ſua pelle incruſtatum in *mures* transmutat: eoque magis admirandum, quod ejusmodi inſecta, ſexuum ſignaturis diſtincta, prolificent cum iis, quæ parentum e ſemine nata ſunt, ut & hinc amborum ſeminum paritas & fermentorum vitale par robur conſpicuum evadat. Quod mirabilius eſt, e frumento & induſio mures non quidem parvuli, aut lactentes, nec minutuli, aut abortivi, ſed prorſus formati exſiliunt. Conf. Aut. der *curieuſen* Unterſuchung etlicher Mineralien / Thiere und Kräuter. §. 13.

§. 51.

Res ſane ridicula. *Vereor enim, ne bonus ille Helmontius hoc loco dormitans toto cælo erret, cum mures ordinario modo nati odorem frumenti ſentientes viam ſine dubio dentibus ad id faciendo, aperta poſt ab Helmontio ciſta, ſalutem fuga quæſiverint. Ejusdem farinæ experimentum* refert Autor *Magiæ Naturalis Norimbergenſis P. II. p. 187.* ex ſudore multo laborioſi mercenarii mures provenire.

§. 52.

CATELLOS ex ſpuma *canis* rabidi natos, Sennertus *de conc. chim. cum Ariſtot. c. 12. p. 338. & l. 2. inſtit. p. 3. ſect. 2. c. 4. lit.* Camerario *l. c. cent. 4. n. XI.* ſequentem *hiſtoriam refert :* A viro fide digno accepi, e ſpuma canis rabidi in veſte vel linteo hærente, animalcula quædam parvis catellis ſimillima progenita fuiſſe. Nimirum illud ſeminale principium rerum minus nobilium, & extremis injuriis, ac impreſſionibus reſiſtere, tandemque iterum emergere, & ſuas actiones edere poteſt. Quod vel illud docet, quod multarum rerum eſſentia in multis mutationibus integra & ſub alterius formæ dominio deliteſcere poteſt. Ejusdem hiſtoriæ mentionem facit M. Greg. Mich. *in not. ad Gaffarell. curioſit. inaudit. p. 249. ſq.*

§. 53.

Geber *in ſumma perfectione p. 23.* ait, *canem* ſtrangulatum per putrefactionem fieri *vermem.*

§. 54.

Laudatus jam D. Sennertus *tract. de morbis occultis* refert, per urinam ab *araneis* læſorum *ſimile* quid excerni.

§. 55.

Paſſerum Palingeneſiam Schottus *Phyſ. curioſa app. P. II. c. 1. p. 1369.* Tom. II. aſſerturus, non ſolum, *inquit*, in vegetabilibus ſe præſtitiſſe, ſed etiam in paſſerculo ſe vidiſſe, pro certo quidam mihi narravit. Et ſunt, qui confirmarunt, quod *Claveus*, Gallus quaſi publice pluribus hoc ipſum demonſtraverit.

§. 56.

Id quod Rob. Boylæo *forte minus eſſet ad palatum,*

cum dicit *in tentaminibus circa partes nitri Sect. XXXV. p. 17.* Certiſſimum eſt atque indubium --- tam intimi artificii res & organicarum partium in viventibus diſpoſitio, ut eam nulla via aſſequi aut æmulari poſſit humana induſtria. Quocirca mihi minus mirum fit, ſi phyſiologorum optimo figmentum anile videtur phœnix e cineribus ſuis reſurgens. *Plura vide ad cap. XXXIIX.*

§. 57.

Scarabæos pilularios originem trahere e ſtercore equino non *Paracelſus modo in Philoſophia ſagaci l. 1. c. 5. & 10.* & Kircher. *Mund. ſubterr. l. 12. c. 10. p. 372.* & *de arte Magnetica l. 3. part. 3. c. 1. p. 561.* ſed & ipſa experientia docet.

§. 58.

Eosdem & ex *Aſinis* ortum habere Schottus *l. c. p. 758. docet* ex Portæ *magia natur. l. 2. c. 2.*

§. 59.

Langius *miſcell. medic. Tit. XXIII. p. 58.* Caveant, *inquit*, qui melle veſci conſueverunt, panem ſecalitium ut ſimul adjungant, quoniam *lumbrici* & *inſecta* ita progignuntur, id quod conjectura haud fallaci comprehendere licet ex αὐτοψία, dum injecto in vas mellis fruſto hujus panis, *in formicas* id tranſit.

§. 60.

Lumbrici ex hominibus etiam naſcuntur. Kircher. *de arte magnetica l. 3. part. 3. c. 1. p. 561.*

§. 61.

Lumbricorum artificialem productionem ſingulari experimento Kircherus docet *lib. 12. c. 1. p. 376. mund. ſubterranei:* Lumbricos, *inquiens*, plures ſiccatos in pulverem con-

conchæ lateritiæ terra pingui & dulci impletæ ſepelies; deinde aqua pluviali eam ſubinde rigabis, & intra 3. aut 4. dies reperies totam illam terram nova lumbricorum pullagine ſcatere, & primo quidem ſub magnitudine vermium, qui ex caſeo naſcuntur, deinde quoque pingui illo terræ ſucco nutritos, in veros lumbricos excreſcere comperies. Cum enim ſemen in lumbricorum incineratione non pereat, ſed virtute maneat, hinc fit, ut intra terram pingui & dulci ſucco præditam conditus pulvis calore ſolis ſeſe exerens, vi latentis ſeminis in idem, quod primo erat, animal excludatur. Vel idem quoque *duplici alia ratione* ſuccedit: vel ex conciſis ſiccorum lumbricorum particulis terræ inſitis pluvialem aquam admiſcemus, quæ illa eadem eſt, quæ ſemina lumbricorum aliunde deciſa ſecum portat, atque terræ committit; hinc ſtatim poſt pluvias & imbres terram pinguem dulcemque ſemper lumbricis ſcatere deprehendimus, tanto numero, ut vel ipſas ſemitas expleant. *Eſt & hoc* admirabile, quod ſi lumbricum ſoli ferventi expoſueris, is ſtatim ſit moriturus, quem poſtero die ubi examinaris, innumerabili vermiculorum multitudine coopertum videbis: quos ex cadaveris ſeminalibus partibus inſtaurari non eſt dubium. Vnde ingens illa lumbricorum multitudo in terra naſcitur, uti enim terram ſaxoſam, ſterilem, & arenaceam oderunt, ita ex ea non naſcuntur, fit tamen ſubinde, ut vel repentes terram illam ingrediantur, ſed cum alimentum non reperiunt, ibidem vita functi ex propriis eorum cadaveribus, mox ingentem verminaginem emittant, qui pluvia in terram pinguiorem delati, ibidem in immenſam lumbricorum copiam adoleſcunt.

§. 62.

Brevioribus verbis hæc refert D. Joh. Andr. Schmidius

dius *l. c. theſ. III. qui ex aliis*: ſumantur, *inquit*, lumbrici, & in cinerem acti terræ commendentur, quæ dulci & pingui ſucco prædita, calore ſolis, vi latentis ſeminis fit, ut excludantur eadem animalia.

§. 63.

Scorpionum cadavera contrita intra vitrum conde, quibus ſi aquam ocymo maceratam ſuperaffuderis, & ſoli æſtivo per diem expoſueris, quod ſi ſagaci & armato oculo inſpexeris, totum hoc mixtum in innumerabilem ſcorpionum fœturam degeneraſſe reperies, quod idem tam in vivo, quam in mortuo non contrito evenire reperies, ſiquidem ex corpore excrementum quoddam ejicitur, quod totum in ſimiles ſibi ſcorpiones convertitur. Kircherus *M. ſubterr. l. 12. c. 6. p. 387.*

§. 64.

Scorpionem ex herba ocymo naſci etiam *autor eſt* Licetus, in cerebro, *inquiens*, hominis ex ocymi frequenti odoratu ſcorpionem natum, teſte Kirchero *mund. ſubterr. l. 12. c. 10. p. 372.*

§. 65.

Dicunt quoque, ocymum contritum, & inter duas lateres poſitum, ubi 24. horarum ſpacio ſoli fuerit expoſitum, ſcorpiones generare, *quod* & Plinius *verum eſſe teſtatur*, certe vel *ipſe* Ariſtoteles *in mirabilium narrationum congerie*, ſcorpiones e ſiſymbriis putrefactis enaſci aſſerit. Eſt autem ſiſymbrium ſpecies quædam ocymi. *Iterum* Plinius *hujusmodi proponit experimentum*: Si velis in unum locum convocare omnes alicubi latitantes ſcorpiones, id perficies hoc modo: manipulum *ocymi* decem cancris fluviatilibus compactum, eo in loco repones, & habebis intentum. *Scri-*

bit

bit Avicenna, amicum ſe habuiſſe, qui, cum vellet, ſcorpiones ex quibuſdam putrefactis lignis (quod ego nil aliud quam putrefactos ocymi caules fuiſſe exiſtimo) produxiſſet; quin & *ocymum in pulverem redactum una cum ſcorpionum cinere* ſubactum percuſſis mederi tradit. Quæ omnia manifeſta ſunt *mutuæ amicitiæ ocymum inter & ſcorpionem indicia.* Quomodo vero ex ocymo ſine ſenſitivæ naturæ ſeminio generari iſtiusmodi animal poſſit, non video, unde, cum ſollicitius hanc rem *apud* Franciſcum Corvinum, *nobilem omnino Botanicum, & ſolertiſſimum rerum naturalium exploratorem, inquirerem*, reſpondit, id mirum non eſſe; habere enim radicem ſibi familiarem vermem quendam ſcorpioni haud diſſimilem, quem Theophraſtus *ſpadylum* vocat, hic enim ſeminio ſuo plantam poſtquam infecerit, ex eo tandem ſcorpiones naſci, partim ex ſe, & ſua natura, partim arte ex applicatione activorum cum paſſivis; atque hæc eſt vera & genuina ratio geneſis ſcorpionum ex ocymo ſecundum Kircheri *mund. ſubterr. l. 12. c. 6. p. 387. ſq.* conf. Autor der curieuſen Unterſuchung etlicher Mineralien. §. 17.

§. 66.

Scorpiones quod (eodem Kirchero *l. c. p. 388.* teſte) ſubinde quoque ex cancris fluviatilibus naſcantur, ratio eſt ſimilitudo cancri, ſeu paguri cum ſcorpione, qua ille facile in hunc convertitur & transformatur: qua arte autem id inſtitui debeat, Ovidius ſqq. verſibus docet:

Concava littoreo ſi demas brachia cancro,
Cætera ſuppones terræ, de parte ſepulta
Scorpius exibit, caudaque minabitur unca.

§. 67.

Idem *de arte magnetica l. 3. part. 3. c. 1. p. 561.* ocymum, *inquit*, ſive baſilica *ſcorpiones* producit, ſi contritam, pulverique lapidum e maceriis erutorum, admiſtam ſub latere ſeu ſchiſto ſoli expoſueris.

§. 68.

Hœfferus *in Hercule medico p. 110.* refert, ex herba baſilico *ſcorpiones* parari poſſe, illis, qui ex Italia afferuntur, ſimillimos. *Modus parandi* hic eſt: ℞ Baſilici menſe Julio vel Auguſto q. v. contunde, ac ſi ſuccum exprimere velis. Maſſam contuſam tegulæ ita calefactæ, ut tactum non admittat, illine, craſſitudine trium digitorum, ſuperadde dein tegulam, & ambas muni luto ex ſtercore equino & argilla parato. Tegulas ſic conjunctas, per menſem in cellam relinquito, ſi poſtea aperueris, *ſcorpiones* inde proſilientes invenies. *Citante* D. Joh. Nicolao Martio *in diſſertatione de magia naturali, ejusque uſu medico. c. 2. §. 2. p. 23. edit. ſecundæ.* Sic Cornelius Agrippa *de occulta philoſophia l. 1. c. 36.* Ex cancro, *inquit*, ablatis pedibus inhumato, ex baſilicone herba inter duos lapides trita generantur *ſcorpiones.*

§. 69.

Teſtacea omnia, *inquit* Ariſtoteles *l. 5. animalium c. 15.* ſponte naturæ in limo diverſa pro differentia limi oriuntur: nam in cœnoſo oſtreæ, in arenoſo conchæ, & reliqua, generantur.

Sequitur conchylieticum *experimentum* in Apulia & Sicilia uſitatum, quod habet Kircherus *l. c. p. 393.* Non ſine admiratione, *inquiens*, hoc experimentum in Sicilia primum juxta Pharum duodecim millibus paſſuum Meſſana diſtan-

ſtantem vidi: Vt itaque multiplicationem *conchyliorum*, quas *tellinas* vocant, habeant, ſic progrediuntur: *Tellinas* & *conchylia* in minutas partes conterunt, ac deinde ad littus lacus ſalſi ſexaginta circiter paſſibus a freto diſtantis, non ſecus, ac agricolæ frumentum, ita hi conchyliorum cruſtulas diſſeminant, & ita relinquunt, donec aqua lacus, vel vi ventorum, vel æſtu ſubterraneo agitata, littus offundat, quæ cruſtulæ una cum arena confuſæ tantam proferunt novarum *tellinarum* pullulaginem, quantum quis, qui non vidit, credere vix poſſit. Idem Tarenti contingere intellexi, verum *palorum* ex certo ligno confectorum ope, quibus intra maris fundum defixis, ſtatim, neſcio quæ, materia adhærens, cum tempore innumerabilem conchyliorum, oſtrearumque geneſin arte peractam in China fieri, P. Martinius *in ſuo Atlante* docet *chinico*.

§. 70.

Idem *de arte magnetica l. 3. part. 5. c. 3.* Conchylia, *inquit*, contrita in promontorio *Peloro* Siciliæ ad lacus ripam in arena ſeminata, ſuperaffuſa aqua ſalſa reproduci atque renaſci. *Quæ tamen* Rob. Boyle *in dubium* vocat *in tentam. circa partes nitri* Sect. XXXV. p. 17.

§. 71.

Aliud producendi *oſtreas* arcanum Martinus Kergerus *l. de fermentatione ſect. 1. c. 6.* habet, in hunc modum ſcribens: Oſtreis in ſalem converſis, mox ubi arenæ maris dictum, ſalem commiſeris, ingentem novarum oſtrearum ſobolem inde cum tempore prodire comperies.

§. 72.

Teſte *eodem* Kergero *l. c.* *Pulices* innumeros producit *ſtercus columbinum*, aut *anſerinum* urina hominis maceratum.

ceratum. Et Kircher, *de arte magnetica l.3. part.3. c.1. p. 561.* idem affirmat. Sic Autor der *curieuſen* Unterſuchung unterſchiedlicher Mineralien ꝛc. §. 13. dicit: ſo werden auch generiret aus verfaulten Urin Flöhe.

§. 73.

Idem *l. c. §. 13.* ait: So bin ich auch gäntzlich der Meynung / daß zu ieder generirung ein ovulum gehöre / in genere vermium aber aus einer Fliegen / oder ander Gewürme ovulo, nach condition der Materie / darinnen es lieget / eine Lauß / Floh / Spulwurm und anderer Wurm / könne generiret werden / welches ich durch viele experimenta ausführlich erweiſen könte / und wolte / wenn ich nicht wüſte / daß ich dem begierigen Leſer damit verdrießlich wäre / welcher mehr curieus die transmutation der Metallen / als der Gewürm zu ſehen.

Neque vero ejusmodi per putrefactionem facta naturalis pulicum *productio magiæ diabolicæ arcanum eſt: Id quod* & Facultas Juridica Kilonienſis *quondam negavit, in hunc modum judicans:* Das Flöhmachen anlangend / weilen ſonſt *inter Phyſicos certum, & experientia conſtat,* naſci ex *putredine* varia *animalcula,* qua de re videri poteſt Ariſtoteles *libris de hiſtoria animalium,* ſo ließ ſich *a notitia generationis unius* aut *alterius animalculi,* ad magicam artem gar nicht argumentiren. *Vid.* Erici Mauritii *Conſil. Kilonienſis ſpecim. in append. Conſil. XI. p. 308. cit.* Domino D. Martio *in diſſ. de magia naturali in notis ad c. 1. §. 5. p. 13.*

§. 74.

P. Schottus, Pili, *inquit,* e *caudis* equorum in aquam pluviam, foſſis ac ſcrobibus exceptam, decidentes, animantur,

& in graciles ac longos *vermes*, inſtar *ſerpentum* convertuntur, ut ipſemet non ſemel vidi. *p. 57.*

§. 75.

Setas equorum aqua paluſtri maceratas in vermes oblongos animari, complures experti ſunt; Kircherus *mund. ſubterranei l. 12. c. 10. p. 372.* Et *de arte magnetica l. 3. part. 3. c. 1. p. 565.* Pilum, *inquit*, equinum in aquam pluvialem depoſitum, cum tempore animatum, in *vermem* excreſcit.

§. 76.

Experimentum μιξογενετικὸν *promiſcuam inſectorum progeniem* oſtendens, Kircherus habet *mund. ſubt. l. c. p. 392.* ſi hujus rei, *inquiens*, effectum videre deſideres, ſic age: ſume ex equorum, boum, aſinorum fimo, ex ſingulis unam partem, quam commixtam latiori conchæ committes, hanc irrigabis quotidie aſpergine iſtius aquæ, quæ ex herbis, quibus veſcuntur dicta animalia una cum floribus & calycibus diverſorum vermium ſeminio contaminatis, deinde relinquatur ſoli temperato expoſito, cooperta tamen, ne ſolis æſtu areſiat; & videbis ex hac miſtura ſtatim veluti bullulas quasdam ex fermentatione materiæ commiſtæ reſultare, quibus ruptis, ſucceſſivis horis videbis exire *apes*, *veſpas*, *ſcarabæos*, *cimices ſylveſtres*, *vermes* quoque, ſeu *erucas* multis pedibus inſtructas, & ſimilia differentis ſpeciei inſecta &c.

§. 77.

Ex *aceto* oriri *muſcas & vermes* ex experientia rerum omnium magiſtra novimus. De quo D. J. Joach. Beccherus *Phyſ. ſubterr. l. 1. ſect. 5. c. 1. p. 289. ſeq.* Glauberus, *inquit*, affirmat, putrida non in viva animalcula abire, niſi aerem

 ſen-

ſentiant apertum, unde clare conſtat, vivacitatem ex aere provenire, tanquam communi ſeminario & panſpermiæ receptaculo. Quod etiam in acetificatione vidimus, quæ - - ſpecies corruptionis, nempe lenta ſalis reſolutio & exaltatio eſt: hinc cum in vigore conſiſtit, & libero aeri, calido tamen & humido expoſita, innumeras ex aceto aut emanationibus aceti muſcas creſcere experientia docet. Imo qui microſcopiorum uſum accuratius obſervarunt, ingentem quoque vermium copiam & in aceto, & in febricitantium ſanguine nobis oſtendunt.

§. 78.

Apes, teſte Kirchero *de arte magnetica l. 3. part. 3. c. 1. p. 561. ex tauro, vitulis, & vaccino* genere ſunt, quas vitulo fame confecto, orificiis omnibus concluſis, ſuaveolentum herbarum prato elicuiſſe Ariſtæus dicitur.

§. 79.

De *Apum* ex boum excrementis geneſi experimentum habet Kircherus *l. 12. c. 2. m. ſubt. p. 379.* Excipe, *inquiens*, ſub Vergiliarum ortum, recens boum, qui planta, (quam Cerinthen vocant) prius, una cum floribus mixta paſcantur, excrementum, quod loco umbroſo & aprico ſub meridiem expones, ea cautela, ne ſolis calore attenuatum in vaporem reſolvatur, & invenies ſumma admiratione vermiculos quosdam naſci *erucarum* inſtar, qui intra breve tempus, aſſumtis alis, in apes animantur, pro varia materiæ diſpoſitione, nunc in reges, & ſunt illæ, quæ reliquas magnitudine ſuperant, modo in *fucos* ſine ſpiculo, qui & hoc peculiare ſignum, ex bobus ſeſe exortos, oſtendunt, quod exenteratæ in ultima corporis parte perfectam *bovini capitis* formam exprimant.

§. 80.

P. Schottus *l. c. p.* 57. Si *juvencum* naribus & ore obſtructis fuſte percuſſum occideris, & in umbra ramis coopertum poſueris, *apum* examina naſcuntur.

§. 81.

J. D. Horſtius in *Comp. Phyſ. Hippocratea diſſert. X. de inſectis* §. 7. *p.* 68. In locis multis Ægypti, ex defoſſo cornuotenus *tauro*, *apes* temporis ſucceſſu evolant. Et *ibid.* Apum ſpontanea generatio ex tauro ſcilicet putreſcente.

§. 82.

Ortum *papilionum* hoc modo Kircherus *l. 12. c. 3. mund. ſubterr. p. 379. ſq.* deſcribit: Accipe *erucam* ex oleribus, aut tamariſco, aut ex alia quavis pinguioris ſucci herba natam, quam inverſo vitreo ſcypho, ſuperius tamen parumper aperto ad aeris attractum, includes, una ei herbæ illius, ex qua concrevit, folia ad nutrimentum appones: Ex iis enim, ex quibus nutriuntur, conſtant omnia. Hoc peracto, diligenter obſerva ejus operationes, & invenies primo bene paſtam, & ad determinatam a natura molem deductam, ab omni cibo ceſſare, & poſtico vitri latere adhærente, filis ſeſe paulatim involvere, aptumque integumentum concinnare, intra quod mirificæ transmutationis exordia moliatur; eſtque folliculus quidam mira arte ex viſcerum pituita contextus, quem Phyſiologi χρυσαλίδα ſeu aureliam vocant; in hoc enim rerum ſtatu fere 14. aut 15. dierum ſpacio perſiſtere comperies; deinde obſerva diligenter colorem, quem ad vicinum excluſionis tempus mutare ſolet, fere in aliquid

diaphanum; & hisce ſignis obſervatis, primo videbis folliculum paulatim findi, & papilionem egredi quadruplici alarum remigio, nec non iis coloribus, quibus eruca imbuta fuerat, conſpicuum egredi, quorum alæ tantum mox incrementum ſumunt, ut quaſi ad oculum ſenſibiliter creſcere videantur; colores vero, quæ in eruca non niſi maculæ erant, jam eas in alis miro ſtriarum ordine depictas exhibeant, tanta figurarum varietate, quantam ſatis mirari non poſſumus. *Chryſalidem* quondam me reperiſſe memini, quæ perfectam infantis faſcibus involuti formam, qualem figura 4. pag. 1. exhibet, exprimebat; in papilione quoque alio tempore imaginem ſalvatoris noſtri, ita affabre depictam reperi, ut pictoris manu delineata videretur. Sed, ut ad experimentum revertamur, Si hujusmodi in amplioribus vitreis vaſis una plantis incluſeris, videbis, mox inſtinctu quodam naturali & miro, ea ad ſe invicem advolare, & una excrementum quoddam, ovis pulicum non diſſimile emittere, quæ ſi microſcopio diligenter examines, videbis intra exiguum tempus ea in novos vermiculos animari, hosce vero dein in chryſalides, & denique in novos papiliones transmutari; atque hoc pacto infallibili experimento cognoſces, erucam primo parere aliquid ſimile ovis, quod nos ejus ſpermaticum excrementum dicimus, & non tantum inter holerum folia plicata, ſed & inter alia plantarum folia, data opera, eo fine a papilionibus plicata reperies, ne a pluvia deſtruantur, hosce ſi microſcopio obſervaris, videbis apertiſſime, ex iis vermiculos quosdam, quales fere in ulmorum, lentiſcorumque folliculis videre eſt, mox excludi, & obviis paſcuis intra breve tempus ita ingrandeſcere, ut perfectas hirſutas erucas referant, quæ deinde in chryſalides, & denique in novos papiliones ver-

tun-

tuntur, durantque toto fere tempore æſtivo, ſole vero libram tranſeunte, mortui conduntur intra terram, ex quorum dein, ſole arietem ſubeunte, tum ſpermatico ovorum excremento, tum ex proprio buſto in *novos vermes*, dein in *chryſalides*, & tandem in *papiliones* animantur. *Hæc ille*

§. 83.

Sed & egomet ipſe aliquoties ejusmodi chryſalides reperi, formam faſciis involuti infantis perfectam, eamque colore plane aureo exprimentes.

§. 84.

Erucarum originem e plantis D. J. Dan. Horſtius *in Compendii Phyſicæ Hippocrateæ diſſ. X.* §. 4. *de inſectis p. 66. 67.* exhibet, cum: Erucarum, *inquit*, centum fere ſpecies *depingit Aldrovandus*. Certæ autem ex certis plantis oriuntur, certam etiam plantam tantum depaſcunt; v. g. *Eruca a ruta* prognata *rutam*, non ſalviam, raphanum &c. depopulatur. Quoad generationem erucarum notandum, quod omnes erucæ generentur ex ſemine papilionum, ad mentem *Aldrovandi*. Tempore enim verno e rore & pluviis in plantas decidentibus ſæpe erucæ generantur, antequam appareant papiliones.

§. 85.

Erucæ autem plerumque, teſte Athan. Kirchero *de arte magnetica l. 3. part. 3. c. 1. p. 561. e ſtirpibus* originem ſuam ducunt, cum fere totidem ſint erucarum, quot plantarum genera. E vario quoque erucarum pabulo variæ fiunt & multis coloribus diſtinctæ erucæ; *Erucæ* in ovalem *Chryſalim*, *Chryſalis*, cum a ſopore revixit, in variegatum *papilionem* degenerant: Ita *bombyx*, quia coloris candidi eſt, producit *papilionem candidum*, *Bubraſtis*, quam *pi-*

nus generat, quia crocei coloris & admodum venenoſi eſt, in ejusdem coloris & qualitatis *papilionem* convertitur; ita *erucæ verſicolores* in *verſicolores papiliones* convertuntur, colores autem in erucis proveniunt ex vario, quod ſugunt pabulo, ſuccoque.

§. 86.

Erucas autem producendi modum habet Kircherus *de arte magnetica l. 3. part. 3. c. 1. p. 561.* Erucas denique, *inquiens*, produces cujuscunque generis, ſi plantæ, e qua naſci ſolent, ſuccum pulveribus, erucas reſpicientibus, ſubactum calori temperato expoſueris, ſed hæc tibi lector curioſe ulterius applicanda relinquo.

§. 87.

Braſſicæ ſoboles eſſe *erucas, papiliones, vermes, chryſalides, & muſcas*, etiam ex *ſequentibus* patebit: Erucæ ex virentibus foliis, maximeque ex braſſica fiunt, ex erucis papiliones. Ariſtoteles *l. 5. c. 19. de hiſtoria animalium. Libavius l. 1. bomb. c. 21.* ipſe cum ante annos jam plures hujus rei periculum facerem, & tempore hyberno, cum aliæ herbæ virentes ad manum non eſſent, braſſicam rubram contuſam in hypocauſto, donec in ea vermes generarentur, aſſervarem: vermes illos in *chryſalides* mutari comperi, quas cum in arcula cuſtodirem, eamque poſtea aperirem, multæ parvæ *muſcæ* evolabant, quæ ex *chryſalidibus*, ſeu *aureliis* natæ erant, & ex putamine abrupto proruperant. Sennertus *de concil. Chim. cum Ariſtotele c. 12. p. 338. cit.* Camerario *l. c. cent. IV. n. X. p. 218.*

§. 88.

Vaninus *l. c. p. 332.* Ex rore, *inquit*, & ſole *vermiculi* generantur in foliis, *papiliones*, *aranei*, *cinadi*, *limaces*,

erucæ

erucæ in braſſicis, lactucis, vitibus &c. nec ex *putrefactione* &c.

§. 89.

Plinius *l. 13. nat. hiſt.* docet, terebinthum ferre ſolliculos emittentes quædam animalia, ceu *culices.* Idem *l. 18. c. 17.* ait: naſci *vermiculos* in radice frumenti, cum ſementem, imbribus ſecutis, incluſerit repentinus calor. Gigni & in grano, cum ſpicæ pluviis calor infervescit. Idem *l. 11. c. 35.* Ficarios *culices* caprificus generat: *cantharides* vermiculi ficorum, & pyni, & pences, & cynocanthæ, & roſæ. *Alibi* adjicit, & *coſſos* nuncupatos vermiculos in lignis oriri, laricemque *teredines* procreare. Vaninus *l. c. p. 200. ſeq.* Ex oblongiuſculis lentiſci folliculis *volucelli* prodeunt, ſicut in ulmo quoque veſicellis non abſimiles iis. Quapropter Arabes *Vlmum* appellant *arborem cimicum.* E Terebintho *culices* fiunt, e medulla cardui fullonis *vermiculus* fit, quem ad Quartanas remedium prodidit *Dioſcorides.*

§. 90.

Locuſtarum magna pullulago unde ortum ſuum habeat, *accipe* ex Kircheri *mundi ſubterr. l. 12. c. 5. p. 381. ſq.* qui: ſi quæras, *inquit*, unde tanta locuſtarum pullulago? Dico, ex variis omnino ſeminiis ſuam trahere originem. *Primo* quidem dico, pleraſque ex ſegete corrupta, ſive id *avena* ſit, ſive *ſiligo*, aut *hordeum*, oriri, hoc pacto, cum ſubterraneis virulentis habitibus, ſemina, quæ plerumque ex *aliorum vermium muſcarumque ſegetibus inſidentium excrementis naſcuntur*, commiſceantur; fit inde *locuſta*, cui plaſtica vis ſeminis partim juxta inſectornm exigentiam corpus dedit ſenſitivum inſectis conveniens, pedes vero dedit internodiis ſegetum haud diſſimiles. *Secundo* dico, ex *cadaveribus hominum* naſci poſſe. - - - *Tertio*, - - ex ipſis

locu-

locuſtarum intereuntium *cadaveribus*. - - - *Quarto* ex *graminibus*, *foliisque* arborum. Hæc ille.

§. 91.

Si vero hanc Kircherus *ſententiam foveat*, *ex hominum cadaveribus*, *ex graminibus*, *foliisq; arborum produci locuſtas*, *mirum certe eſt*, *ex ſegete corrupta*, *nonniſi ſeminio locuſtæ aliorumq; vermium contaminata eas poſſe produci*, *cum tamen conſtet*, *ſemina nonniſi in utero*, *ſeu apto & deſtinato a Deo receptaculo*, *cui annexa ſunt ovula ſexus ſequioris*, *vim ſuam poſſe exercere. Omne* enim *ordinarie* animal *fit* ex ovo. *Sin per ſeminium intelligat ovula excluſa*, *tunc non ſunt ſeminia*, *ſed ovula ſemine impregnata*, *nec dici deberet ex ſeminibus*, *ſed ex ovulis a ſole fovendis locuſtas prodire. Plura intellexiſſe hac in re certe mihi* Kircherus *videtur*, *ſed neſcio quo metu perculſus*, *quæ ex putredine ortum habent*, *nonniſi adſperſo ſeminio hoc loco doceat poſſe proficiſci. Quæ enim ſi vera eſſent*, *quid prævia rei cujusdam opus eſſet putrefactione. Sic ex ſemine uniuscujusque animalis poſſent animalia*, *ubicunque fuerit profuſum*, *produci*, *quod tamen negat experientia. Quotiescunque igitur* Kircherus *de ſeminio aſperſo loquitur*, *ita intelligendus eſt*, *majora ſcilicet e naturæ ſeminio arcana animo condens*, *quam prodens memoriæ.*

§. 92.

Locuſtas redire ex animali etiam in vegetabile regnum, ait Erasmus Franciſci in dem Oſt- und Weſt-Indiſchen / wie auch Sineſiſchen Luſt-Garten *p.* 41. ex Piſonis *hiſt. nat. & med. l.* 5. *c.* 21. Es giebt in Braſilien und andern Americaniſchen Ländern vielerley Arten Heuſchrecken. Unter ſolchen allen aber eine von ungemeiner ſonderbaren Figur und Natur / deren Geſchlecht nicht zu unter-

unterſcheiden / noch / wie ſie werden erzeuget / bisher kund iſt. Dieſelbe Art läſt zu gewiſſer Jahrs-Zeit / ſo in America die Stelle des lieblichen Lentzen vertritt / ihr Leben fahren / wird zu einer Pflantzen / und beharret ſo lange in ſolcher Kraut-Natur / bis es nebſt andern Pflantzen verdorret. Man findet zweyerley Arten hievon / zwar einerley Figur / doch nicht einerley Farben / ſintemahl die eine an ihrem gantzen Leibe bleich gelbe / wie das Baumlaub / (ſo man auf Frantzöſich feville nennet) ſiehet: Die andere aber eine Luſt-grüne Farbe hat. Beyde ſeynd gantz hager und dürre / werden gemeiniglich CAAIARA oder GAAIARA benahmet / leben meiſtentheils vom Thau. ---- Nun dieſe Thierlein werden endlich in Pflä̈ntzlein von gleicher ſubtilität und grüne vergeſtaltet / und transformiret. Erſtlich haften die Füſſe an der Erden; wovon / wenn die behörige Feuchtigkeiten dazu kommen / hernach Wurtzeln heraus ſchieſſen / welche die Natur in das Erdreich ſencket / und in kurtzer Zeit allmählig gantz verwandelt. Unterweilen nimmt nur der Unter-Theil des Leibes die Art oder Geſtalt der Pflantzen an / und bleibt der obere eine Weil reg- und beweglich / wie vor: bis endlich auch dieſer / und alſo das gantze Thierlein oder Geziefer allgemach verändert / und ſein ſinnliches mit einem Kräuter-Leben oder Gewächs vertauſchet.

§. 93.

E mortuis anatibus *ranas* naſci, Schottus *l. c. p. 57.* Ex pulvere, *inquit*, conſperſo pluvia æſtivo tempore ranæ, ut ſæpius etiam vidi, imo & in ipſis nubibus ranæ naſcuntur, quæ deinde cum pluvia decidunt, ut oculati teſtes aſſerunt multi veteres & recentiores.

§. 94.

Idem ibid. *p. 1381.* naſci etiam ranas ex putri pulvere

notum eſt omnibus: naſcuntur enim paſſim conſperſis tantum æſtivo imbre littorum & itinerum pulverulentis arenis, ut ipſemet non ſemel vidi. Antoriatæ Indi pluribus ranis inchoatis & imperfectis, de cœlo lapſis, in alium locum demigrare coacti ſunt, ut ſcribit Aelianus *l. 17. de animalibus c. 41.* Idem *l. 2. c. 56.* ait: Memini etiam ego, in itinere ex Neapoli Italica Dicæarchiam verſus, ranis pluiſſe, quarum anterior pars binis innixa pedibus repebat, poſterior adhuc informis & tanquam e cœno humido coalita trahebatur. Quod & hic ſe vidiſſe vir fide dignus, paulo antequam hæc ſcriberem, narravit. Vere ergo de iisdem ranis *ſcribit* Ovidius:

Et eodem corpore ſæpe
Altera pars vivit, rudis eſt pars altera tellus.

Nec ſolum ex pulvere pluviali aqua conſperſo naſcuntur, ſed cum ipſa ſubinde pluvia decidunt, in nubibus generatæ. Teſtes habeo oculatos viros fide digniſſimos, imo & oculos meos. Apud Athenæum *l. 8. Dipnoſoph. c. 2.* teſtatur Philarchus, *quosdam vidiſſe,* quod ranis pluerit. *Idem* Athenæus *ex* Heraclide *Lembo* hæc ſcribit *cit. cap.* Heraclides *igitur* Lembus *l. 21. hiſtoriarum:* ranis, inquit, Deus pluit circa Poeoniam & Dardaniam, quarum tanta fuit multitudo, ut domus ac viæ omnes implerentur. Primis igitur diebus domus claudentes, easque occidentes, non ægre admodum tulerunt: verum, ubi nihil proficiebant, ſed omnia vaſa implebantur, unaque cum cibis aſſatæ & lixatæ ranæ inveniebantur, nec aquis inſuper uti licebat, aut pedes in terram ponere, quia ubique cumulabantur. Ob mortuarum fœtorem perturbati, de regione tandem aufugere decreverunt. *Rubetam* ex putredine & corruptione naſci extra dubium eſt. *Hæc ille.*

§. 95.

§. 95.

Ego quoque aliquoties in via, quæ Morla Halam ducit, ex pulverulentis arenis & imbribus ranas repente natas vidi, easdemque in agris aridis non raro fieri ex ruſticis intellexi. Et cancrum majorem marinum vivum anno 1709. cum imbribus de cœlo in fimetum lapſum Landsbergæ haud procul a Lipſia, affirmat mihi nonnemo fide dignus.

§. 96.

Illuſtris Comes Kenelmus de Digby *in ſermone habito de ſympathia*, quem Germanice redditum edidit ſub titulo **Eröffnung unterſchiedlicher Heimlichkeiten der Natur** *M. H. Hupka p. 125. ait:* **was iſt wunderſamers / als / daß ein Froſch aus einem Tropffen Waſſers und dürren Staub in einem Huy gemachet werde? Sintemahlen man gewiß weiß / wenn man Erde / ſo vom ſtetigen Sonnenſchein gekocht / und gebrennet worden / nimmet / und mit der Feuchte / ſo aus der Wolcke trieffet / vermiſchet / daß von Stund an ein Froſch daraus werde / hüpffe und ſpringe / indem es ſtracks einen kleinen Kopff / Leib / Füſſe und alle weſentliche Stücke in verwunderlicher Geſchwindigkeit überkömmet.**

§. 97.

Kircherus *mundi ſubterr. l. 8. c. 7. p. 141.* Rurſus *ranæ, ait*, quæ ſuis in paludibus cæterisque foſſis natales habent, ex *putrido limo* generantur; nec ex limo ſolum, ſed & per ſe naſcuntur, conſperſis tantum imbre locorum paluſtrium pulverulentis arenis, unde & temporariæ dicuntur.

§. 98.

Et de arte magnetica l. 3. part. 3. c. 1. p. 561. Ex pulveribus lacuſtribus ſoli certa induſtria applicatis ranas produces.

§. 99.

D. Joh. Andr. Schmidius *l. c. theſ. III.* Hoc quoque probabitur, *inquit*, pulveribus paluſtris limi, vel foſſarum, ubi ranas nidulatas fuiſſe conſtat, quas pluviali aqua ſubactas in terreo vaſe expones ſoli mediocriter calido, mane, tempore æſtivo, & identidem aqua dicta conſperges, ne ſole exſiccetur materia, & invenies primo quidem bullulas quasdam, ex quibus primo ranunculos candidos ſed ſine pedibus poſterioribus, ſolis anterioribus duobus brachiis inſtructos, quas *graminulas* vocant, deinde paulatim deciſa in duos poſteriores pedes cauda in ranas perfectas ingenti copia conſurgent.

§. 100.

Auguſtinus etiam *de civitate Dei, l. 16. c. 7.* ranæ, *inquit*, naſcuntur ex terra.

§. 101.

Vaninus *de admirandis naturæ arcanis p. 58.* dicit: In aere natura genuit ranas, non ex ovis, ſed ex aqua genitali, cœleſti calore condenſata & conformata. Et *l. c. p. 201.* Johannes Maria Ginochius narravit mihi, vidiſſe ſe in menſe Julio pluvialis aquæ guttam, quæ illico in terram cum cecidiſſet, converſa & mutata fuit in ranam.

§. 102.

Naſci etiam *ex putredine* varia, eaque *majora & minora animalia*, ſed *non quævis*, ſequentia declarant: Chriſtophorus Borrus *in ſua arte navigationis* meminit quorundam quaſi *radicum* in mari prope oram Angolæ. Has, *ait* Nierembergius *l. 3. hiſt. nat. c. 5.* inſtar arundinum inanes eſſe, niſi quod intus generetur genus *vermiculorum*, qui inſerti & continui ſunt ipſi plantæ. Eadem de re Baſilius Valen-

lentinus *operum Chimicorum P. I. p. 52.* So das Brod in Honig kommt / ſo wachſen Ameiſen darinnen / welches auch ein ſonderlich miraculum naturæ für andern iſt. Der Bauersmann ſiehet auch / daß aus ſtinckenden Fleiſch Maden wachſen / in Menſchen / Roß und anderer Thiere Leiber / wie denn auch in Nüſſen / Aepffeln / Birn und dergleichen / Spinnen / Würme / und was mehr iſt: Und wer kan die vielerley Art und Geſchlecht der Würmer erzehlen / ſo aus der bloſſen Faulung wachſen.

§. 103.

D. Joh. Dan. Horſtius *l. c. diſſert. X. theſ. X. p. 69.* non autem, *inquit*, tantum ex terra & aqua, ſed & ex *nive*, viva *inſecta* generantur, ab igne aut aere nunquam. *Pyrauſtæ* enim non tam ab igne, quam a fumis oriuntur. - - - Vermes vero a nive progeniti, hirti ſunt pilis, & rubicundi, non aliter, ac ipſa nix rubea vetuſtate apparet. In *nive* MEDIAE *candidi* inveniuntur & grandiores. Sub juniperis in Islandia, etiam ſole in leone ardente, in nive generantur *teredines*.

§. 164.

P. Kircherus *l. 12. c. 4. mund. ſubterr. p. 430.* adducit Libavium his verbis: Libavius *non ignobilis Chimicus*, quanta per putrefactionem fieri naturæ miracula poſſint, hiſce verbis narrat: Inter quas, *inquit*, eminet putrefactio, mira ſua in res putrefaciendo aperiendas & reſolvendas actione, incredibiles effectus producens, ac ob duplicem agendi modum, etiam bifariam diviſa. Vna, quae aerem externum in vas non clauſum, ſed apertum admittens, in animalibus & vegetabilibus hoc admirabili varietate ludit, experientia teſtante & docente: Si *vegetabile* aliquod contude-

N 3 ris,

ris, & ita contuſum cum ſucco ſuo in vitrum apertum immiſeris, quod illud putrefactio hæc in propatulo aperta, crudumque aerem non excludens in *animalcula, & inſecta unius* & ejusdem generis & quidem plane nova & nemini ante hac nota transmutatura ſit. Vnumquodque vero vegetabile animalculorum peculiare genus procreabit, forſan naturæ & proprietatibus ipſis reſpondens, quod hactenus experiri & inveſtigare mihi non licuit. De animalibus vero & inſectis admirandis per putrefactionem ex herbis & vegetabilibus putrefactis enaſcentibus certus ſum, utpote qui aliquoties, & quidem non una, ſed pluribus herbis, & ſeminibus periculum ejus rei feci. *Hactenus* Kircherus. *Mihi etiam aliquando in vitro aperto ex putrefacta radice pimpinellæ vermem quendam, vermibus e cadavere humano ortis, ſimilem prodire contigit.*

§. 105.

Cardanus *apud* Vaninum *de admir. naturæ arcanis p. 233.* Nec ſolum *inquit*, tam minuta, ſed & majora animalia e putredine, imo omnia credendum eſt, originem ducere, cum jam de *muribus* conſtet, & *piſces* in aquis recentibus ſponte generentur.

§. 106.

P. Schottus *in Phyſ. curioſa p. 713.* Animalcula plurima ex putrida materia generari ſolere manifeſtum eſt omnibus. Non tamen quævis ex quavis indiſcriminatim prodeunt materia, ſed unumquodque genus propriam ſibi quaſi vendicat argillam aptatam ac præparatam. Alia enim prodeunt ex *aqua*, ut vermes in ciſternis; alia *ex limo terræ*, ut bufones, ranæ, culices; alia ex *pulvere ſicco*, ut pulices; alia ex *madido*, ut ranæ; alia *ex vino & aceto*,

quos

quos Averroes vocat muſſiliones; alia ex *mixtorum* tabe, nempe *ex herbis & floribus* erucæ & papiliones; ex *fabis* gurguliones; ex *lignis* teredines & cimices; ex *veſtibus & chartis* tineæ ac blattæ; ex *cadaveribus hominum* muſcæ; *equorum* veſpæ & crabrones, *taurorum* apes; *aliorum* alia minuta animalcula. Ex *ſudore* autem hominum præcipue naſcuntur lendes ſeu pediculi. Inter *animalcula* prædicta quædam prodeunt ſolum *ex materia putri*, quædam vero *tam ex putri, quam ex concubitu*, ut mures, pulices &c. Hæc P. Schottus. Ego obſervavi olim ex muro recenti, calce obducto, innumerabilem *cimicum* copiam prodiiſſe: Radices & herbas annoſas in *vermiculos*; veſicas porcinas, vitulinas, bovillas & ovillas, non inflatas, ligneis capſulis (Schachteln) incluſas, in *vermes* alatos vel volucellas transmutatas.

§. 107.

Cardanus *l. 9. de ſubtilit. rerum, qui eſt de animalibus ex putredine genitis*, ait, non ſecus e foliis mori bombyces in calidiore cœlo, quam ex bobus apes naſci. D. Joh. Dav. Horſtius *in Phyſica Hippocratea diſſ. X. theſ. XII. de inſectis p. 70.* nec minus, *inquit*, aquæ fœcundæ ſunt, ſtagnantes maxime, uti teſtantur tipulæ, araneæ &c. Inſecta vero illa partim *univoce* generantur, ut ranæ, partim *æquivoce*, quando non ſimile producitur a ſimili, ſed quando putredo ſuccorum, & excrementorum animalium, & plantarum *varia inſecta* producit, quod ipſum quoque notandum, quoad reliqua inſecta, generationis ratione.

§. 108.

P. Kircherus *de arte magnetica lib. 3. part. 3. c. 1. p. 561.* Ex urina, *inquit*, miſta pulvere *pulices*, e ſudore ipſo *pediculi:*

culi: ex putrido denique ſudoris vapore *cimices lectuarii* naſcuntur. Inter piſces merulam (die Schley) gramine involutam, ſolique expoſitam degenerare in *pediculos*, nonnemo fide dignus pro certo mihi affirmavit. In carpionibus quoque menſe Junio generari *pediculos*, communis eſt perſuaſio.

§. 109.

P. Schottus *Phyſ. curioſ. P. I. p. 714.* Ex ſudore hominum præcipue naſcuntur lendes ſeu pediculi.

§. 110.

Quo pertinet, quod *ſupra ad hoc caput* §. 50. *ex* Helmontio *dictum eſt*. Conf. Autor der *curieuſ*en Unterſuchung etlicher Mineralien ꝛc. §. 13. qui ex ſudore hominis conſperſo pulverulenta terra pediculos quoque procreari aſſerit. Adhuc majora loquitur *ineptiens* autor Judæus, *Rabbi Jiziak Loriah, in libro de revolutionibus animarum*, integre a Domino Chriſtiano de Roſenroth Cabalæ *denudatæ Tomo ſecundo, inſerto, Tract. I. part. 2. collectaneo 16. n. 3. p. 403.* Magiſter meus, *inquiens*, dicere etiam ſolebat, *pediculos prognatos e ſudore hominis*, præſertim hominum juſtorum, *aliquid participare de myſterio* hominis, & ejusdem eſſe ſcorias: atque exhinc fieri cortices ejus: hinc non debere abhorrere hominem a pediculis ſuis, eo quod in hoc conſiſtat aliqua ejus melioratio, dum pediculi prodeunt e corpore ejus.

§. 111.

Ex veſte lanea pediculos naſci, notum eſt ex experientia, cui etiam rei aſſentitur Ath. Kircherus *mundi ſubterranei l. 12. c. 10. p. 372.*

§. 112.

§. 112.

Paracelſus *in aſtronomia magna l.1. c.10. p.88. b.ſqq.* ait: Ihr ſehet von einem Roß-Käfer / von den Flöhen und Läuſen 2c. wie ſie wachſen / auch ohne ihre Gebuhrt / und Mehrung / nemlich durch das *corpus*, in dem ſie wohnen / und zum andern aus dem Firmament.

§. 113.

Morbum pedicularem accidere nonnullis hominibus præ nimio corporis humore, teſtis eſt Ariſtoteles *de hiſtoria animalium l. 5. c.31.* ubi etiam, genus, *inquit*, unumquodque pediculi ex *corpore ipſo ſui animalis* enaſcitur. Proveniunt largius *pediculi mutatione aquarum*, quibus lavare ſe ſolent ea, quorum natura pediculum patitur. Et idem *probl. 16. ſect. I.* hujus rei reddit rationem.

§. 114.

Phtiriaſi, ſeu *morbo pediculari*, e locuſtis comeſtis orta, omnes *Acridophagos* in Aethiopia mori memoriæ tradidit Joan. Boemus *libro I. cap. 6. morum, legum & rituum omnium gentium p.60. ſeq.* his verbis: Acridophagi, (locuſtis victitantes) deſerto contermini homines, ſunt paulo cœteris breviores, macilenti, ac ſupra modum nigri. Veris tempore Zephyrus ac libycus venti, infinitum pene locuſtarum ex deſerto ad eos deferunt numerum. Hæ permagnæ ſunt, ſed colore alarum turpi ac ſqualido. Aethiopes ad id aſſueti in quandam latam longamque multis ſtadiis convallem plurimum materiei ex propinquis locis ingerunt: quum ſuo tempore tanquam locuſtarum nubes a ventis ſupra vallem defertur, materiem congeſtam, omnemque loci herbam antea ſucciſam incendunt. Locuſtæ deſuper volantes ingenti fumo enectæ paulum ultra vallem ad ter-

ram tanta decidunt copia, ut victum omni genti abunde præbeant. Has enim ſale, (quem regio plurimum fert) ſuperinfuſo diutius ſervant, cibum guſtu eis ſuavem: hic eſt ſolus eorum per omne tempus locuſtarum victus. Neque enim pecora nutriunt, neque piſces edunt, procul a mari poſiti: neque ullum aliud vitæ adminiculum habent. Corpore leves ſunt, veloces curſu, & *VITAE BREVIS;* ut, qui longiſſime vivunt, quadrageſimum non excedant annum. Finis eorum non ſolum miſerabilis eſt, ſed & incredibilis. Nam propinquante ſenecta, *pediculi alati*, non ſolum viſu varii, ſed ſpecie horridi, ac turpes, in CORPORIBVS nati, *ventrem* primo, tum *pectus*, dein totum *corpus* parvo tempore *exedunt*. Qui morbum patitur, primum, veluti ſcabiei cujusdam pruritu allectus, corpus ſcalpit, voluptate ſimul & dolore perceptis: deinde *exorientibus pediculis*, ſimul effluente ſanie, morbi acerbitate, ac dolore percitus, unguibus corpus magno cum gemitu lacerat. Tanta vero vermium copia effluit, aliis ſuper alios, tanquam ex perforato vaſe, ſcaturientibus, ut deleri nequeant: hoc pacto ſive cibi, ſive aeris cauſa miſerum ſortiuntur vitæ finem. *Hactenus* Boemus. Neque vero, *teſte* Scriptura S. Ex. IIX, 18. & Petro Poterio, *Andegavenſi, Conſil. & Med. Reg. Chriſtianiſſimi in Invent. chimicor. præfat. p. m. 5.* ipſe Diabolus ſupernaturaliter, & deficientibus mediis naturalibus quicquam præſtare, *nedum pediculos creare poteſt. Deus enim dat vitam & corpus omnibus*, Act. XVII, 25. 1. Cor. XV, 38.

§. 115.

Notatione quoque dignum eſt, *anates* ex frondibus arborum generari. Qua de re P. Gaſp. Schottus *in Phyſica curioſa p. 57.* Aves, anatum, *inquiens*, forma ex ramis arborum deciduis intra aquas in Scotia & Hebridibus Inſulis naſci,

ſci, teſtantur multi ſcriptores. *Ipſemet* vidi ramorum extremitates paulatim anima ſenſitiva informatas decidiſſe & avolaſſe. Legi etiam poteſt *Joh. Baptiſta* Porta *l. 2. magiæ naturalis.*

§. 116.

Bernacas autem, ſive *Bernichias* vocari *eas volucres*, autor eſt D. Joh. Dan. Horſtius *l. c. Diſſ. IIX. de volatilibus theſ. III. p. 52.* qui ita habet: Quod generationem volatilium attinet, omnia naturaliter generantur ex ovo, exceptis *veſpertilione* & *Bernacis.* Bernacæ autem generantur generatione non univoca, ſed æquivoca, cum ad eorum proventum non adhibeatur maris & fœminæ congreſſus.

§. 117.

Et *ibid. theſ. XI. pag. 57.* in dubium vocat, eas naſci ex arborum frondibus: *Bernichia, inquiens*, vero *Scotica*, ſeu *Bernaca*, cujus mentio facta *theſ. III.* generatur in mari, a ſole ex reſina oleoſa, & picea ſubſtantia ligni abietini putreſcentis, ita, ut *primo* concha oriatur, in concha *demum* avis contineatur, quæ per algam, ceu venam umbilicalem nutrita, aucta, & perfecta, tandem accretis pennis volet. *Arbor* igitur *non datur Anatifera.* Plura vide ap. Alexandrum *ab* Alexandro *l. 4. genialium dierum c. 9.* & Eraſmi Franciſci im Sineſiſchen Luſt-Garten *p. 44.*

§. 118.

De *mira animalis cujusdam metamorphoſi* P. Kircherus *in arte magna lucis & umbræ l. 7. part. I. c. 7. p. 575.* hæc ſcribit: Tradit *Herrera*, in America animal eſſe, quod *primum* aeri cum volucribus aſſueſcat; *Deinde* quadrupedis naturam aſſumere, alis in pedes anteriores degeneran-

tibus; *Demum, ſenectute* ingruente, mari ſe committere, & tandem penitus in belluam, ſeu monſtrum marinum, transmutari. *Idque ne impoſſibile videatur*, addit: certe urinatoribus, qui a juventute ſub aquis aſſueſcunt, humore perpetuo organa reſpirationis ita transmutantur, ut parum a piſcibus diſcrepent.

§. 119.

Piſcem mutari in avem P. Martinus Martinius *in Atlante Chinico Provincia Quantung fol. 137.* citante Erasmo Franciſci in dem Sineſiſchen Luſt-Garten *p. 34.* his verbis refert: Anreichend den Fiſch / welcher in ein Geflügel ſich verändert / fängt man denſelben in der Sineſiſchen Landſchafft Quantung bey der Stadt HOEICHEN um die Herbſt-Zeit. Er iſt bey nahe Saffran gelb / und lieblichen Geſchmacks / maſſen man ihn auch in Siniſcher Sprache deswegen Gelbfiſch benahmet. Dieſer iſt den Sommer über ein gelber Vogel / und fleucht auf den Bergen umher.

§. 120.

Avem naſci e flore Tunghoafung P. Martinus Martinius *in Atlante Chinico in provinciæ Suchuen deſcriptione fol. 67. cit.* Eraſmo Franciſci *ibid. p. 35. memoriæ prodidit*: Eine Wunder- und ſchau-liebliche Sache findet ſich bey Chingtu einer Haupt-Stadt der Sineſiſchen Provintz Suchuen, nemlich ein Vögelein / ſo von den Sineſern TVNGHOAFVNG benannt wird / welches einen Mennig-rothen Schnabel hat / und durch ſeine ſchöne Vielfarbigkeit iedermanns Augen zu anmuthiger Verwunderung zeucht. Dieſes wächſet aus der Blumen TVNGHOA: Daher es auch mit ſeiner Blumen-Mutter einerley Namen führet. Es lebt ſo lange / wie die Blume am Baume ſitzet. Man dörffte es

für

für eine lebendige / und fliegende Blume anſehen: ſo gar iſt es an Schönheit / und kurtzem Alter der Blumen gleich.

§. 121.

Folia arborum abire in naturam avium, idem Martinius *in deſcriptione provinciæ Junnan fol. 163.* cit. eod. Eraſmo Franciſci *l. c. p. 36. teſtatur:* von dem See Hoeineao in der Landſchafft Junnan giebet man vor / daß er allenthalben mit Bäumen luſtig umgeben / und führe den Namen eines Vogelgebers; weil die Blätter / welche von einem gewiſſen Baum da hinein fallen / in ſchwartze Vögelein verwandelt werden / mit ſolcher Verwunderung und Erſtarrung der Inwohner / daß ſie gläuben / es seyn Geiſter.

§. 122.

Nach welchem der Stadt-Phyſicus Herr D. Agricola am 4. Dec. 1715. in hoher Gegenwart ſeiner Excellence, des Böhmiſchen Abgeſandtens / Herrn Graff Wratislavvs zu Regensburg durch ſeine erfundene vegetabiliſche Mumia, und durchs Feuer folgendes præſtiret / und zwar / in einer Stunde/

1) hat

1) hat er 12. Haupt-Stämme von unterſchiedlichen Citronen-Bäumen / zu vollkommenen Bäumen mit Wurtzel / Stämmen und Blättern gemacht / ſo ferner forttreiben / blühen und Früchte tragen.

2) In eben ſolcher Stunde hat er 6. Haupt-Stämme von Aepffeln / Pfirſich / und Abricoſen, ſo 4. bis 5. Schuh hoch geweſen / durch dieſe Wunder-Kunſt zu vollkommenen Bäumen mit Wurtzel und Stämmen zu wege gebracht / ſo im Frühlinge ausſchlagen / blühen und Früchte bringen werden.

3) Hat er 15. Nelcken-Peltzer / weilen die Stunde noch nicht verfloſſen / zu vollkommenſten Nägel-Stöcken gemacht / die ferner ihre propagation haben.

4) Auf dieſes ſind kurtz hernach in 6. Stunden / Fichten und Tannen / Eichen / Büchen und Bircken / die meiſtens 7. bis 9. Schuh hoch geweſen / zu vollkommenen Bäumen mit Wurtzeln und Stämmen gemacht und eingeliefert / welche im Früling ausſchlagen / und ferner forttreiben werden.

5) Promittiret er / in 5. Jahren Wälder von 2. *bis* 3. Meilen / von allerhand Bäumen dergeſtalt zu præſentiren / daß ſie denen vollkommenſten Wäldern in allen gleich ſeyn / ja ſie noch übertreffen ſollen. Plura dicentur cap. XXII. & XXIX.

Cap. XX.

EX *liquore quodam* (a) *rorismarini planta illa pullulavit*, ut ab *Equite* Suffolcienſi ſæpius fieri narratum eſt HIGHMORO. *Diſquiſ. Anat. l. 1. p. 4. c. 5. f. m.* 105.

COMMENTARIUS
AD CAP. XX.

§. I.

a) R*Orismarini*) de cita productione radicum in roremarino maxime hortulanis proficua experimentum ad Cap. XIX. §. 31. communicavi.

Cap. XXI.

CUm D. *de* LIGNA *Italus Chimicus, Philoſophus*, non procul a Manſo Aſilii in provincia Fuxenſi *rorem collegiſſet, inque magno collocaſſet illum matratio, glacie ſuperveniente coagulatus fuit. Ægre autem ferens, quod & ros inutilis redditus fuiſſet, vasque glacie fractum, glaciem adſpexit, & in medio ejus arborem cum foliis, fructibus, ramis, radicibusque ad nucis* (*a*) *figuram obſervavit, quod miratus, illud amicis ſuis narravit, & præcipue* D. Steph. Breſſiæo *Medico, Chimico expertisſimo ac veracisſimo, qui hæc fideliter retulit* BORELLO *c.* 3. *obſ.* 71. *Excell.* D. Henr. MEIBOMIUS *in Epiſt. ad* Spizelium hæc refert: *Mihi a chemico relatum eſt, terebinthinam lariceam ignis ope volatiliſando, dum ſeſe elevat, laricis, cujus reſina eſt, figuram exacte exhibere.* ὁμόψηφον eſt illud Kenelm. DYGBI *tr. de vegetatione plantarum p. m.* 84. *ſeq.* dicentis: *Incidit mihi in memoriam alius pulcri experimenti* (*b*) *exemplum, quod* (*c*) Doctor DAVISONIUS *mihi in ſuo laboratorio Lutetiæ Pariſiorum oſtendit. Extraxerat enim oleum ac ſpiritum ex certa quadam ſpecie reſinoſi gummi, & hoc tali modo fiebat, ut totum vitrum, per quod adſcendebat, verſus latus internum figuris ſeu ideis abietis* (*d*) *arboris* (ex qua reſina iſta diſtillabat) *coopertum eſſet. Et hoc ita exacte delineatum erat, ut nullus pictor in*

toto mundo eorum figuras exactius delineare potuiſſet. Simi-„ le mihi *ſemel evenit in deſtillando gummi ceraſi arboris.* Ve-„ rum multoties ſe tentaſſe fatetur *idem* Meibomius (*e*) *l. a.* nunquam tamen cum ſucceſſu optato.

COMMENTARIUS

AD CAP. XXI.

§. 1.

a) N*Ucis figuram*) Ejusmodi nucis figuram & Borellus vidit in oleo nucum exſiccato. vide ſupra cap. XI. §. 2.

§. 2.

Sæpe ego varias fruticum, arborumque umbratiles in glaciatis feneſtris hyemis tempore enatas figuras admiratus, quas ex ⊖e quodam in ſudore earum latente, & congelato, prodire, ludente ſic *Archeo ſeu Archonte* τῶν ὄντων, hoc eſt, *ſapientia Dei*, Prov. IIX, 31. non dubito, *d. XIV. Jan. 1715.* circa veſperam experimenta ipſemet facere inſtituebam cum lixivio Abſynthii frigori expoſito, in libero eoque violento aere, ſed *vix dignum quid* memoratu apparebat.

Die XVI. Ejusdem menſis evaporato magis phlegmate circa veſperam idem lixivium in conclavi non calefacto quidem, ſed tantum aſſeribus diſtincto ab hypocauſto, in feneſtra ad congelandum depoſui; quo facto, ſequenti mane ſuperficies tantum frigore conglaciata erat, *plurimos montes*, *truncos arborum*, *abietes*, figurasque *Abſynthii*, *Abrotani*, *fluminum*, *alveorumque ac munimentorum* præ ſe ferens exquiſitiſſimas. conf. infr. §. 17. *Eodem* alteram lixivii

xivii partem aeri exponens, ſequenti die *nihil* fere notabile obſervabam.

Die XVII. Ejusdem circa veſperam in conclavi dicto, in amplo catino, eo lixivio relicto, iterum ſequenti mane inveni tantum glaciatam ejus ſuperficiem, quæ repræſentabat exactiſſimas *Hormini* & *Betonicæ* figuras.

Ibidem altera parte, in alio catino frigore obrigeſcente ſuperficie, reperiebam eam præ ſe ferre cum variis *alveis* ac *foveis* fruticem accuratiſſimum *Abſynthium cum floribus innumeris ſuis* quaſi ſuperbientem, ejusdemque ſpeciei *aliquos minores*, tam exacte delineatos, ut ne Apelles quidem ejus figuras exactius delineaſſe mihi videatur.

Die XIIX. Ej. Eodem, in conclavi per diem relicto, vidi *tenerrimos*, eosque *elegantiſſimos linearum & figurarum ductus*, fere in formam *Cuſcutæ*.

Eodem veſpera approperante lixivium idem per totam noctem gelu exponens, cernebam proximo mane exactisſima folia *cannabina*, & inter ea *ſcapum cannabinum*, in ſuperiore parte multis foliis ornatum, ut ſolet cannabis antequam floreat.

Nec dubito, me plura fuiſſe viſurum, ſi diutius huic indagationi inhærere voluiſſem, & potuiſſem, benigniore cœlo ſufficiens frigus impediente.

Obſervavi igitur, lixivium vegetabilium ad omnimodam congelationem libero aeri expoſitum, non modo nihil memorabile curioſo obſervatori eſſe daturum: ſed & non easdem in conclavi ſemper, quas ante incinerationem herbæ habuere, ſed omnifarias figuras, præſertim vegetabilium repræſentare, ſolo ſic dirigente, ut plane mihi perſuadeo, Deo, ejusque opifice, ſanctiſſima ſapientia, JESV CHRISTO, mediante tamen vegetabili ſale, quod, ut cum D. Dan. Majore loquar, *arca-*

Arcanæ quid Deitatis habet.
Conf. *Commentar. ad cap.* XXXIIX. §. 3. ubi videbis, quid ſit Boylæi *judicium.*

§. 3.

Nec Dominus D. Erneſtus Gotthold STRVVE, *celebris circa Vcaro-March. & Stolp. Phyſicus & Collegii Medici adjunctus*, *in Paradoxo Chymico ſine igne* ullam aliam plantarum palingeneſiam, præter hanc, quæ ex conglaciatione fit, agnoſcere videtur, *Experimento LXIII.* conglaciatio, *inquiens*, lixiviorum ex vegetabilium cineribus curioſiſſimo ſpectaculo, & oculorum oblectamento palingeneſiam plantarum demonſtrat, id eſt plantæ illius, cujus lixivium fuerat, iconem repræſentat, cujus exempla hinc inde videri poſſunt *Miſcell. natur. curioſ. & actis Hafnienſibus.*

§. 4.

Quo pertinet, quod *idem* habet *ibid. p. 58. cum*, Palingeneſiam, *inquit*, plantarum, congelatione lixiviorum curioſiſſimo ſane ſpectaculo adumbrat, ad minimum ſaltem illorum imagines, tempore ipſi naturæ inconſueto, ſiſtit, & repræſentat.

§. 5.

b) Exemplum) hæc vox omiſſa erat ab Autore.

§. 6.

c) Daviſonius) ita legendum pro *David Sonius*, autoritate Domini D. Wedelii *in diſp. de Terebinthina p. 49.* quamquam & Cramerus, *Davidſonius* una voce legit *diſp. de transmutatione metallorum.* Alii *Daviſſonius* ſcribunt.

§. 7.

d) Abietis) D. F. V. von der Palingeneſie §. 7. refert, Dominum Coxen, Anglum miſcuiſſe in vaſe quodam

cinerum clavellatorum, & ſalis armoniaci partes anaticas, & continuo integram pinorum ac abietum, aliarumque in Anglia ignotarum arborum ſylvam produxiſſe ac repræſentaſſe.

§. 8.

Eadem referens *Eraſmus* FRANCISCI in der letzten Rechenſchafft jeglicher und aller Menſchen / abzulegen zu den Füſſen der ewigen Majeſtät / in dem 31ſten Bedencken *p. 817. ait:* Daß ſich die Pflantzen aus ihrer Aſchen durch Kunſt wieder auferwecken lieſſen / hat man bisher vor eine bloſſe Ruhmredigkeit aufgenommen: bis doch gleichwol in Italien / Franckreich / Engeland / Dännemarck und anderer Orten ſo viel der Exempel zum Vorſchein gekommen / daß man heut keinen Schein mehr findet / ſolches zu wiederſprechen. Wenn man den Salmiac mit der aus den Nordländern kommenden Potaſche in gleicher Abtheilung vermenget / wird man ſehen / wie ſich gar bald aus ſolchem Gemenge ein Wäldlein von Fichten / Tannen und andern Bäumen erhebt. Solte GOtt nicht vielmehr aus der Aſchen unſers Leichnams denſelben wieder hervor und zuſammen bringen können?

§. 9.

Hoc ego experimentum facturus d. 8. Martii 1715. e ☉✱ci & cinerum clavellatorum purgatiſſimorum ana ℥ij. in vitro oblongo vulgari, obſervavi *primum* ex odore, fieri hoc modo ſal illud volatile, quod a quibusdam pro ſale Anglico ſic dicto venit; *deinde* clauſo vitro, cum expectarem, ex materia prodituras pinorum abietumq; arbores, operam & oleum perdidiſſe mihi videbar. *Tertio* in ſuperiori fornacis parte cineribus calidis eo impoſito, vidi undique humorem, ſeu ſpiritum quendam repente adſcendentem ad vitri parie-

rietes,qui calore ſiccatus *integram ſylvam,ſive innumeras juniperos,pinos,abietes,& polytricha*,deſuper dilucidius quam a latere dignoſcenda repræſentabat. Id quod ut eo melius obſervarem, *quarto* aliquantulum convertens vitrum, mota tam in inferiori loco, quam in vitri lateribus materia, omnia perturbavi. *Quinto* penna abradens & in priorem locum dejiciens eam, conſpexi quidem ⊖ volatile rurſus adſcendens, ſed nihil notabile repræſentans. *Sexto* affuſa paucula aqua fontana, adſcendit ſpiritus in forma *pinaſtri unius* ad alterum vitri latus. Non diſſuaſerim tamen, ſine ulla aqua addita, cineribus calidis materiam per ſe aliquatenus humidam imponi, qui modus certe feret arbuſculas elegantiores.

§. 10.

Aliud *abietis* experimentum *meum* e tinctura viridi vide *ſupra ad cap. XII, notatum.*

§. 11.

Anno 1716. d. XIII. Febr. figuras abietum novas expectans, ſumtis ⊖is abſynthii & ⊖ ✱ci ana ℥j. mixtis in mortario lapideo, vitroque oblongo vulgari incluſis, clauſis, locoque calido impoſitis, in ⊖e quod adſcenderat, volatili, non abſynthii, nec abietum, ſed *verbenæ* florentis erectam figuram accuratiſſime repræſentatam obſervabam.

§. 12.

Huc ſpectant, quæ *de vita ex cinere* ſcribit Denſtonius *in Panſophia enchiretica num. 128. p. 88.* Sic, *inquiens*, ſi terreæ aqueæque deficiant particulæ, & ⊖ fixum cum volatili & ſulphure ex aere additis, varie ab artifice commixtis, & coadunatis, inque pulverem verſis, vitro occludatur, calore admoto, phantaſma, ſeu umbra corporis præteriti lux in vitro repræſentat, amoto calore omnia rurſus in pul-

verem abeunt. Pulcherrimum ſane ſymbolum vel typus reſurrectionis humanæ ex cineribus futuræ & argumentum evidens experimentale, nihil mori in mundo, & vitam in cineribus latitare.

§. 13.

Integram abietum ſylvam repente intra vitream phialam enatam exhibere docet Jac. Dobrzensky de Nigroponte *Parte III. Philoſophiæ de fontibus Propoſ. I.* quem modum propoſuit P. Schottus *in Technica curioſa l. XI. c. 17.* quem cum non habeam librum, adeundum lectori ipſi relinquo.

§. 14.

Cramerus *diſſ. de transmutatione metallorum:* Habeo, *inquit*, copiam epiſtolæ a Nicolao Witte ad D. Michaelem, Lipſiam anno 1650. datæ, in qua autor Davidſonii, ſibi amiciſſimi ſecretum (*de reſinis* ſcil. *in vitro exacte abietum arbores exprimentibus*) fieri communicat ex Terebinthina vulgari albiſſima, cujus oleum utrumque per retortam deſtillatur, reliquum adhuc calidum fluidumque in vitro per ejus declinationem, hinc inde deducatur, & mox non ſine ſtrepitu inſtar ſylvulæ cujusdam innumeræ abietum imagines erumpent. Moneo eventum vix reſponſurum, niſi ſubitanea procuretur infrigidatio, ubi tamen fractionis periculum cavendum eſt. Citante D. Joh. Nicol. Martio *Diſſert. de magia naturali l. 2. §. 2. in notis editionis ſecundæ p. 24.*

§. 15.

Quoad Davidſonii, ſive potius Daviſonii, ſecretum de orbe erudito & bono publico quam meritiſſimus Dn. D. J. W. Wedelius *in diſp. de Terebinthina p. 49.* forte ex ipſius inventoris epiſtola hoc modo deſcripſit: Curioſum quoque eſt, &

huc

huc obiter referri poteſt, quod aliqui formarum reſuſcitationem in Terebinthina demonſtrari poſſe obſervarunt, id quod inventum eſt D. Daviſonii *Scoti.* ℞ Terebinthinæ communis ℔. IV. impone in cucurbitam vitream, & elice lento igne ſpiritum, & oleum æthereum. Continua ignem, quousque acceſſerit oleum flavum, deinde rubrum, ita tamen, ut horum fere ultra ana ℥ij non propellantur; Tunc gradatim ignem aufer, & leviter vas refrigeſcat ad tres dies: quibus peractis ex arena eximatur & videbis circa parietes, formas multarum abietum cum radicibus, truncis, ramis, & foliis mirabiliter repræſentatis. Hæc ille. Hoc ipſum citat quoque, *& Lutetiæ* Pariſiorum vidiſſe ſe *in diſſert. de plantarum vegetatione p. 84.* affirmat Kenelmus Digbæus. Aliud exemplum Hombergii paulo poſt allegabitur.

§. 16.

e) Ceraſi arboris.) Notatu dignum eſt, quod D. Joh. Joach. Beccherus *in Phyſicæ ſubterraneæ Lib. I. Sect. III. cap. IV. num. 2. p. 150. ſq.* dicit: Vegetabilia dum calcinantur, non modo diverſæ figuræ ſalia exhibent, ſed & eorum ſalia volatilia *nonnunquam* priſtinam herbæ ideam exprimunt, ut in *abſynthio & ligno abiegno* videre eſt. Sed ante omnia optandum foret, ut Quercetanus, aliique, qui myſterium reſurrectionis ſe noſſe profitentur, id eſt florum regenerationem, nobilem hanc enchiriſin luculentius orbi expoſuiſſent; nam multarum inde rerum rationes reſolvi, & reduci poſſent. Animalium ſalia volatilia frequentius ſub oculos veniunt, inprimis *ex cornu cervi*, quod ideam ſuam luculentiſſime exhibet. Legimus quoque in nobiliſſimi viri Digbæi *diſſertatione de vegetabilibus*, quod cancros combuſſerit, & ex cineribus proprio liquore perfuſis magnam rurſus cancrorum copiam regeneraverit.

§. 17.

Integram regionem in phiala repræſentandi rationem docet P. Schottus *in Phyſ. cur. p. 1353.* in hunc modum: Accipe aquam fortem, ſeu ſeparatoriam, factam ex alumine, ſalispetra & vitriolo. In hac aqua ſolve ☽am, ☿ium, ☉em, ♀em, id eſt argentum, argentum vivum, aurum, cuprum. Poſtea ſolve ſeorſim in aqua ſeparatoria ſalispetram. Tandem ſolutiones confunde in phiala, probe miſce, & mixta pone digerenda ad ſolem, donec creſcant. Quæ ſi creſcere ac floreſcere comperies, extenuata aqua novam & limpidiſſimam affunde, ac relinque. Excreſcent montes, colles, valles, rupes, plantæ, flores, flumina, aliaque, quæ integram aliquam regionem repræſentabunt. Praxin inveni olim Romæ inter ſecreta MSS. Kircheri, & nunc *in ejus mundo ſubterraneo l. XII. ſect. V. P. 1. c. 6.* Ejusmodi quid mihi etiam e lixivio ⊖is Abſynthii contigiſſe vide ſupra §. 2.

§. 18.

Kircherus autem *l. c.* dilucidius habet ita: Accipe aquam fortem, in qua ſolve ☽am, ☿ium, ☉em, ♀em, poſtea ſeorſim ſolve in aqua forti ⦶lum; hæc omnia phialæ impoſita probe miſceantur, mixta ponantur digerenda ad ſolem; Quam materiam ſi floreſcere comperies, extenuata aqua, novam & limpidiſſimam affunde. Aqua fortis fiat ex alumine, ſalepetræ, & vitriolo. In hoc artificio colles, rupes, plantas, floſculos, flumina ad veræ alicujus regionis typum expreſſa cum admiratione videbis.

§. 19.

Experimentum, ideam megacoſmi exhibens idem Kircherus *l. c. habet tale:*

Hoc

Hoc experimentum etſi non fecerim, quia tamen ab eximio mihi chymico id communicatum, ceu grande arcanum, hic illud ſubjungam: Effodito terram pinguem juxta rivos ad radices montium (uti ſunt fodinæ auri & argenti) decurrentes; ex illa fac ſalpetræ, in *l. VI.* propoſitum, quod ſtanno mixtum, hermetice calcinatum, mitte intra retortam, cujus receptaculum ſit vitrum in formam ovalem conflatum, in hujus fundo collocabis folia auri, deinde ſubtus retortam, in furno poſitam, ignem accende, donec fumi exeant, qui auro adhærebunt, ignemque tamdiu in eodem gradu, ne retrocedant, conſerva; tandem recipiens ablatum hermetice ſigilla, & intra furnum repone, ſuppoſito igne lampadis, donec videatur repræſentatum, quod natura in eo conſpiciendum operatur; puta floribus, arboribus, fructibus, fontibus, ſoli, lunæ, planetis, & reliquis ſtellis quippiam analogum &c.

§. 20.

Laudatus ſupra D. Beccherus *in Supplem.* III. *in phyſicam ſuam ſubterraneam, ſeu experimento novo ac curioſo de minera arenaria p. 878.* Arborem philoſophorum *facere docet, dicens:* Curioſum viſu eſt, quod argentum, ſive aurum, cum ☿io amalgamatum, ſive in via liquida, ſive ſicca, in pulcherrimas arbuſculas excreſcat, nulli aurifabro imitabiles (*ita legendum puto pro vulgato:* mutabiles) quippe quæ & fructus ſuos oſtendant, omnia mirum in modum concinna, unde talis excreſcentia ARBOR PHILOSOPHORVM vocari ſolet.

§. 21.

D. Becch. in der närriſchen Weißheit und weiſen Narrheit *p. 63. ait:* Glauberus erzehlet vom liquore ſilicum, daß die calces der Metallen darinnen wie Bäume aufwachſen /

wachſen / und iſt bekannt / was vor Gewächſe der Mercurius ſo wohl in via liquida als ſicca macht.

§. 22.

Hinc non immerito Dominus D. Joh. Andr. Schmidt / *in diſſert. de corporum naturalium* παλιγγενεσίᾳ *Theſ.* II In Minerali, *inquit*, regno experiri quærunt nonnulli παλιγγενεσίαν. Hic aſſerere quidam eorum ſolent, mineralia plantarum inſtar creſcere. Quam aſſertionem, & ſententiam edocti melius, noſtram facere recuſamus, & non poſſumus non clariſſimo per orbem Dn. D. Conringio ex *l. 2. c. 10. de Hermetica medicina*, eandem narrationem habere pro incerta. Eſt enim a vero fideque multum aliena; poſſe tamen accedente arte humana plantas confieri metallicas certo certius eſſe cum eo affirmamus. Adjicit *l. c.* ſe talis virgulti ramulum metallicum foliis *cypariſſi* elegantiſſimum oſtendere cuivis palpandum, nec artem amplius eſſe occultam. An vero hoc ἀυτομάτως pro natura rerum mineralium accidat, & fieri ſoleat, dubium cum eodem viro clariſſimo relinquimus. Hoc ſaltim in præſenti intendimus recenſere, quod nonnulli, Phyſicæ Hermeticæ, (*quam vocant*) Doctores arte humana ex ſubſtrata materia minerali poſſe produci contendant certæ longitudinis plantas. Hoc docere poſſe ajunt experimentum illud, quando *arbor metallica* in vitrea producitur phiala, eventu mirifico, attamen certo: quod hoc
" modo experimur: Argentum pro magnitudine vaſis diſ-
" ſolvatur in aqua regia, vaporeque abeunte in fundo ſedi-
" mentum quoddam unguenti ad inſtar reſidere comperies.
" Huic ſedimento ſuperaffundes aquam omnibus fecibus be-
" ne depuratam, vasque vehementi circumduces motu, ut ſe-
" dimento aqua, quam optime fieri poteſt, commiſceatur.
Hanc poſtea aquam in aliud vas vitreum infundes leviter,

ne

ne impurior aqua nitorem vitri inficiat; Huic addes argen-„ tum vivum æqua portione argenti; & ſtatim Mercurius „ Lunam attrahet, coituque figuram naſci velut arboris cu-„ jusdam non ſine admiratione intueberis.

§. 23.

Si placuerit *arborem Cypreſſi* ad inſtar in vitro pro-„ ducere, progrediendum hoc modo: Mercurium præci-„ pitatum per amalgamationes intra tres vel quatuor men-„ ſes igne forti adhibito, conficias, invenies totam materi-„ am in ipſo vitro in pulcras quasdam excreſcentias cypres-„ ſi inſtar creſcere, quas ita foliatas non ſine intuentium ad-„ miratione ſpectandas proponere poteris. His adductis„ contenti eſſe cogimur, propter *anguſtiam chartæ*, alias plura ex illis adduci poſſent, quibus generationem illam arborum metallicarum, (*quas vocant*) illuſtrant, & (*ut jactitant*) monſtrant ad oculum. Quibus moti aſſerunt, dari multarum in hoc regno minerali rerum productionem, quamvis non omnium modus innoteſcat, & concludunt, in hac theſi a noſtra impotentia aut ignorantia non valere conſequentiam ad rei impoſſibilitatem. Poteſt tamen conſuli Petrus Borellus *hiſtoriarum & obſervat. medico-phyſicarum cent. 4. obſ. 62.* qui maxima quæque promittit ex hoc ſecreto, utpote qui plurimum in eo eruendo elaboravit. Hæc ille.

§. 24.

Ego vero, ne benevolus lector, quibus anguſtia chartæ t.t. adducendis clariſſ. D. Schmidium prohibuit, fruſtretur, aliis arboris philoſophicæ experimentis, ex *collectaneis meis Phyſico-Chymicis* plures dabo deſcriptiones, ex quibus, quas experiri libet, quivis eligere poterit.

§. 25.

ARBOR DIANAE PHILOSOPHICA HOMBERGII.

Dominus Homberg, Societatis Regiæ Londinenſis membrum, de vegetationibus metallicis agit, easque toto cœlo non ſolum a vegetatione plantarum, ſed inter ſe quoque differre oſtendit. Tradit quoque alium modum, *arborem Dianæ producendi, quadrantis horæ ſpatio:*

„Recipe Limaturæ ☽æ puræ ℥ß, fiat amalgama, abs-„que igne cum ☿ii ʒij, hoc diſſolve in ℥iv 🜄is, ſolutio-„nem infunde ſesquiſextario (trois demiſeptiers) Aquæ „communis, & agita paulum, ut commiſceatur, tandem in „ampulla vitrea probe obturata adſerva ad uſum, qui in eo „conſiſtit, ut ſumatur hujus mixturæ uncia circiter, & la-„genulæ vitreæ indatur, una cum amalgamate ordinario „ſolis, aut ☽æ, butyri ad inſtar liquidi, parvi piſi magni-„tudine. Hæc ſi quieta relinquantur, ☿ & ☽a liquori in-„natantia cujus vis diſſolvens, ab affuſa aqua communi val-„de fuit debilitata, cum offendant in ampulla amalgama „☿ii non diſſoluti, eidem adhæreſcunt, ☿ius autem diſ-„ſolutus cum conjunctus ſit cum certa portione ☽æ, cujus „particulæ duriores ſunt, quam ☿ii currentis, jungitur amal-„gamati forma particularum firmarum & durarum, quæ cum „comitentur illas aciculæ nitroſæ diſſolventis menſtrui, ſe-„quuntur directionem illarum acicularum nitroſarum, va-„rieque ſibi invicem conjunctæ ramos efformant in Lagena „comparentes.

§. 26.

Alia vegetationis ſpecies fit modo ſequenti:

„Diſſolvatur pars ☽næ puræ in tribus partibus 🜄is. „Evaporet ſolutionis dimidium, in ejusque locum addatur

du-

duplum aceti deſtillati, & dephlegmati, quietaque relinqua- „
tur hæc mixtura menſem circiter, quo elapſo, in Lagenæ „
medio reperietur *arbuſcula abietis* formam gerens, non „
tamen coloris argentei, ſed albi & transparentis, ad inſtar „
ſalis. Hæc enim ramificatio nil aliud eſt, quam argen- „
ti cryſtalliſatio ordinaria, additione ſalis aceti paululum „
mutata.

§. 27.

Tertia vegetationis ſpecies abſolvitur aliqua ope li- „
quoris ſilicum, & metalli cujusvis in 🜅, aut 🜆. ſoluti, & „
abſtractione menſtrui exſiccati, differtque plurimum a præ- „
cedentibus, quæ meræ ſunt cryſtalliſationes. Nam dum „
metallum acidis particulis junctum liquori immititur alca- „
lino, hic illud penetrat, & emollit, fitque deinde fermen- „
tatio, ſed lenta, quia particulæ metallicæ implicantur particu „
lis acidis. In hac autem aer a materiis fermentatis ſecer- „
nitur, & bullulæ aëreæ egredientes ex particula metalli, „
dum fermentatur, & in ejus ſuperficie apparentes poſtquam „
certam acquiſiverunt magnitudinem, pelluntur a graviditate „
liquoris imminentis verſus ejus ſuperficiem. Quoniam au- „
tem hæ bullæ implicitæ ſunt materiæ, ex qua egrediun- „
tur, ægre ſe ab illa liberare poſſunt, & ſecum trahunt fi- „
lamenta materiæ metallicæ, quorum baſes ſunt bullæ aë- „
reæ. Metallum enim dum fermentatur, molleſcit, ſed „
hoc finito induratur, unde & *ramuſculi illi metallici* indu- „
rantur, ſat cito & extra liquorem etiam ſubſiſtunt. Vid. „
Figur. 5. & 6. quas exhibui *pag. 1.*

§. 28.

Tandem datur alia vegetationis ſpecies, quæ fit, ſi 3. „
aut 4. capiantur partes ☿ii bene purificati, 5. aut 6. diver- „

„ſis ♌♌, una vero pars ☉is aut ☽æ puræ, fiatque amal-„gama ſine calore, idque indatur vitro oblongo collo, quod „digeſtioni fortiori ſpacio 15. dierum, poſtquam hermetice ſi-„gillatum fuerit, eſt exponendum, induratur enim ſenſim „amalgama, dum metallum magis magisque penetratur, a „☿io, qui in motum mixti particulas *arborisque* ſpeciem, a) „conſtituit circiter digitum altæ, donec tandem amalgama „plane ſit induratum. Acta Eruditorum Lipſ. *Suppl. T. II. Sect. IIX. p. 363.*

§. 29.

RATIO FORMANDI ARBOREM PHILOSOPHICAM, & experimenta circa eam B. STVRMII, Prof. olim Matheſ. in Acad. Francofurtana ad Oderam e MSto.

I. Arborem Philoſophicam vocant more Chymicorum & Mathematicorum, quibus nulla Philoſophia eſt, niſi ſcientia rerum naturalium, & hujus partes Chymia, & denique mathematica. Rationem formandi KIRCHERVS præſcribit *mundi ſubterranei l. 12. fol. 431.* ℞ ☽æ puræ ʒj. „🜅tis, & ☿ii ana ʒij, in quibus abſorbetur argentum as-„ſumtum, affundatur ℔ij 🜄æ communis, & phialam obdu-„ra, ſic videbis eam quotidie creſcere, tam in trunco, quam „in ramis.

§. 30.

Paulo alia methodus eſt, quam præſcribit *Eraſmus* BARTHOLINVS *tractatu de figura nivis p. 24.*

„Forte acceptam 🜅, ex *O*, & ⦶, confectam, una „cum argenteo nummo in vaſculum vitreum immiſi, atque „ut ☽a commode diſſolveretur, Lagenam igni admovi. „Aqua tingebatur colore viridi, haud dubie, propter cu-

prum

a) qualem *figur. 3. pag. 1.* repræſentavi.

prum ☽æ admixtum. ☽æ ſolutæ immiſi ▽am fluvia-„ tilem claram, ac dein injicio ☿ium, mixtum liquorem ſub-„ ibat ☿ius, occulta adhuc vi agitante diſpares partes. Dum „ brevi interjecto tempore conſpiceretur fundus *arboribus, la-„ toque gramine veſtiri*, adeo ut ex aqua viridi *nemus* emer-„ geret ſubito *umbroſum*, & jucundiſſimi ſpectaculi *). Hoc „ nulla commotione turbatum eſt, & per aliquod tempus re-„ lictum robur acquiſivit, fuitque *ſylva portatilis* amœnita-„ tem naturæ novo operis genere imitata.

§. 31.

Vtriusque proceſſus non prorſus mali ſunt. Prior tamen *Kircheri* morem viri refert, ut rem narret de inſperſa ejusmodi circumſtantia, qua proceſſus ejus vel differatur, vel plane nullus reddatur.

Monemus in hoc negotio 1) *Argentum ſumendum eſſe non purum, ſed ♀re aliqua mixtum.* Vnde feliciter res geri ſolet, ſi argentum noſtras adhibeatur, ex quo cochlearia, aliaque ad ſupellectilem convivalem pertinentia conficiuntur.

2) *Accelerandæ rei prodeſſe, ut* 🜄*tis ad carbones caleſiat*, prout & Bartholinus monet; Sic namque & hanc gratiam prodit, ut veluti violenter ebulliendo ☽ ſolvatur, excitatis infinitis particulis ab argento egredientibus, quod, extra caſum calefactionis, parcius accidit.

3) *Aqua adhibenda eſt, ſed non eadem quantitate, verum pro ♀ris & ☽næ mixtura alia atque alia, infra triplum* tamen comparata, cum 🜅ti ſumendum non conſulimus. Minori quantitate affuſum eſſe, argumento eſt, ſi ſpiſſiora fruticeta repræſententur.

U 3 4) *Aqua*

*) Vt *Figur. 7. pag. 1.* adumbrat.

4) *Materiæ mixtæ ſibi linquendæ ſunt*, neque enim in momento, ſed cum progreſſu temporis ſurgit hoc opus.

5) *Aqua iſta ſtatim coloris aliquid prodit, ex viridi in cœruleum inclinantis*, ſed minus lucidi in initio, eo autem dilucidioris, & clarioris, quo longius ſpacium eſt, quo conſervatur.

6) *Vix promitti poteſt, quæ figura arbuſcula, vel pratum comparitura ſint.* In præſenti inſtituto noſtro notabilem *fruticem* uno vitro produximus, qui *Geniſtæ* vulgari non diſſimilis extitit.

Altero vitro tinctura produxit ab uno latere *ſpicas* promiſſas, ab altero *opacum* quoddam *juniperetum* ipſa umbra ſua, quam ſparſit, gratiam aliquam efficiens.

Alibi dum aquam fortem ▽a copioſiori diluimus, *arbuſculæ* emerſerunt, expanſis ramis, & ab altera parte ejusdem vitri, dum ☿ium copioſum affudimus, emerſerunt *ſpicæ* nonnullæ ſpicas *ſecalis* referentes.

Alterius generis phiala minori copia affuſam aquam continebat, e qua condenſum *fruticetum* erumpere animadvertimus, longe humilibus etiam prioribus *arbuſculis*, cui tamen & memorandum hoc accidebat, ut capitulis ſuis varios *floſculos* acciperet, illis non diſſimiles, quos in *Filice*, Menſe Majo per Microſcopium obſervare ſolemus.

7) *Quod de varietate harum arbuſcularum diximus, dum primo naſcuntur, idem de iisdem dictum eſto, dum conſervantur.* Videtur enim hoc opus inſigne aliquot hebdomadum operationes edere, unde pro re nata, *poma*, *floſculos*, aliaque refert, quæ iterum decidunt, mox alii vel fructus, vel flores ſuccreſcunt, adeo ut experimentum hoc merito inter nobiliora imitamenta naturæ collocari mereatur.

8) *Si dilutior ſeu paulo majori quantitate ∇ affuſa ſit, arbuſculæ & gramina tenuiora ſunt, & ad leviorem motum concidunt.*

§. 32.
Obſervationes.

Cauſa univerſi hujus operis eſſe videtur in cryſtalliſatione ſita. Veluti enim cryſtalliſatione corpora ſalina ad certam figuram reducuntur, poſtquam ſolutionem a Ωibus acribus ipſis intentatam ſubierunt: ita hic etiam poſt ſolutam ab aquaforti ☽am, ſimilis cryſtalliſatio videtur uſu venire, cumprimis, quod ea non eveniet, niſi acrimonia ♃tis per aquam affuſam edulcorata: quemadmodum nec alio fine aquam adjici oportere putamus, quam ut acrimonia ipſius edulcoretur, mitigetur. Hinc porro etiam fieri putamus, quaſi acrimonia major ſit, quod arbuſculæ enaſcantur quidem, ſed ſua ſponte intra horarum aliquot ſpacia concidant, intentiore vi acrimoniæ efficiente, quo minus partes connectendæ cohæreant. Eſtque porro evidens cryſtalliſationis indicium, quod arbuſculæ hæ perpetuo ſibi baſin procurant, cui innitantur, quæ perfecte cryſtallus eſt, ut proinde pro rei hujus veritate tanto minus dubitandum ſit. Cur autem in tantam varietatem hic abeat, cum alia corpora certam tamen figuram ſimplicem habeant, ut quadrangularem, ſexangularem, octangularem &c. ſtellatam, id uni ☿io transſcribendum putamus, cujus volatilitas tantum poſſit, ut minimas particulas cryſtalliſandas ſibi uniat, ſicque in altitudinem extollat, eoque in tot ramos ſimilares abeant.

§. 33.
Concluſiones.

1) Ex prædictis obſervationibus ſequentes concluſiones

ſiones circa generationem ſeu ortum, conſervationem, & interitum rerum elicimus.

Naturam adhuc in confuſione conſtitutam, & activa paſſivis adhuc mixta, ita in lucta mutua occupari, ac videmus heic ☽am cum 🜅ti primum, mox totam maſſam 🜅tis, ☿ii, ☽æ, & aquæ dulcis colluctari, partibus aliis ſurſum elatis, aliis per validiora depreſſis, donec unumquemque convenientem locum ſuum occupet, & ad ſimilia ſui productum cum iis tertium quoddam conſtituat, fueritque in ipſa hac lucta evidentiſſimum ſpecimen iſtius conceptus, quam de rudi chao circa hiſtoriam creationis aliqui formant.

2) *Generatio rerum, ſive momentanea ſit, ſive a ſenſibus ſaltem non animadverſa, ex eodem experimento clariſſime illuſtratur.* Poſt luctam enim, quam modo deſcripſimus, ſimilia ſimilibus ſe ſenſim jungunt, donec numero quam maxime aucta corpus conſtituant, quale volatilitas ☿ii permittit.

3) *Fragilitas rerum, ſi* minus *durent, ex eodem capite pendet.* Si enim acrimonia major ſit, corpuſcula noſtra citius corruunt; Si aqua etiam majori copia affuſa ſit, ea perſiſtunt quidem, ſed ad leviſſimum quemque motum concidunt. Cujus cauſa debilitati ſpirituum a vicinis gravioribus corporibus preſſæ transſcribimus: fuerintque ſpecimina horum quærenda in floribus Ephemeris, in ſedis ephemeris, aliisque breviſſimum temporis ſpacium conficientibus,

4) *Cur intereant corpora, hinc itidem illuſtrabitur*, ſi ſpiritus nimirum ea copia non habet corpus, qui obſiſtere poſſint obluctationibus extrinſecis aliis, tunc nimirum iſti veluti victi his, utpote validioribus cedunt, & corpus, quia ſpiritus illud ſuſtinendo non ſunt, ita interſit.

5) *Hæc*

5) *Hæc pro conſideranda generali conſideratione ortus & interitus rerum, quæ tamen ita accepta volumus, ut dum generalem naturam, horum talium quadantenus ſiſtunt, nihilominus infinitam varietatem in ſpecialibus curioſo ſectatori indagandam relinquunt*, id quod pluribus ſiſtetur in ſequenti capite de duratione rerum.

6) Non ſine fundamento quoque videbitur Aporeticus aliquis hinc elicere poſſe iſtud etiam vulgare Phyſicorum principium hactenus ab accuratioribus ipſis pro indubitato habitum, *de diſcrimine corporum ſimplicium & mixtorum dubium* reddi poſſe. Arbor philoſophica enim noſtra oſtendit ex compoſitis ſimplicia naſci, non ex ſimplicibus compoſita. Nam mixtura iſta compoſita primum ſimplicem iſtam, & partibus ſui generis conſtantem producit *arbuſculam cryſtallinam*, quæ fieri non poterat, niſi mixtura iſta præcedente. *Simplicia* igitur *fiunt ex mixtis, non mixta ex ſimplicibus, quod erat demonſtrandum.*

§. 34.

II. Continuatio experimenti ſuperioris.

Repræſentandæ plenius naturæ conducit porro, ſi liquori, qui arborem philoſophicam noſtram continet, vel ſimplicem aquam ſalſam, mediocriter tamen temperatam, vel aquam fortem itidem ▽ communi temperatam injiciamus. E veſtigio enim ſe nubecula quædam tunc exhibet, *arborem* induens, eademque ſenſim deinde floſculos ſuos albicantes in arbuſculas non ſine gratia nova aliqua dimittit. Vt proinde accedente hac experimenti parte tota natura repræſentata occurrat, non tantum ratione vegetabilis regni, ſed etiam ſuperiorum partium & meteoricarum.

§. 35.

Concluſio.

Hinc eruimus etiam, ne alia allegemus, *alborem nivis* eum fieri a vi particularum acrium aereis particulis ſalſis ejusdem illata. Frigus enim non a ſola abſentia ſolis, ſed ab acrimonia naſci & ſenſus teſtantur, dum frigus urere omnes ſentimus. Sturmius Math. Prof. quondam Francof. in *Collegio Phyſico experimentali MSto P. I. c. 1. Theſ. 1.* qui tamen non confundendus eſt cum Dn. Sturmio Altorfenſi, cujus experimenta in lucem publicam prodiiſſe, non Autor tantum eſt D. Joh. Joach. Becherus in der Philoſophie oder Seelen-Weißheit §. *153.* & E. W. von Tſchirnhauſen in der gründlichen Anleitung zu der *Matheſi* und *Phyſica* §. XIIX. ſed etiam publice adhuc apud Bibliopolas proſtant.

§. 36.

Supra deſcriptam *arborem philoſophicam viridem* Bartholini paulo aliter habet P. Schottus *in phyſica curioſa pag. 1369. ſeq.* qui, habet, *inquit*, nonnullam cum umbratili generatione ſimilitudinem *arbor metallica*, cujus conficiendæ rationem plures docent. Ponam hic eam praxin, quam non ita pridem reperi *in tractatu Eraſmi* Bartholini *de figura nivis*, quo loco propriam ſuam experientiam circa talium arborum productionem attentatam ita deſcribit, p. 24.

℞ Aquam fortem ex nitro & alumine confectam, huic "nummum argenteum, cui æs admixtum, injice, & ad i-"gnem ſolvi permitte, vireſcetque liquor ab ære diſſoluto. "Vbi argentum omne diſſolutum animadverteris, aquam "pluvialem arte clarificatam, bene frigidam infunde, mox "☿ium vivum injice, & animadvertes non multo poſt,

fundum

fundum quaſi ab excreſcente gramine vireſcere, ac tandem „ *nemus quoddam portabile* exſurgere: hoc ſi nulla com-„ motione turbetur, acquirit robur, & diu ad ſpectaculum gra-„ tiſſimum ſervari poteſt.

§. 37.

Alio tempore, (*inquit idem autor*) ex pharmacopolio coemtam adhibui aquam fortem, non vulgaris virtutis, in qua oppoſito igne mediocri etiam argentum diſſolvi. Deinde aquæ tepidæ diſſoluto argento paululum aquæ fontanæ immiſi, nec cunctatus ſubjunxi mercurium. Tum nihil morante fontana, aquam fortem confeſtim in ☿ium agere apparuit, ita, ut brevi exurgeret *eximiæ proceritatis arbor*, totam vitri capacitatem occupans. Tam in fundo Lagenæ, quam in cacumine arboris notabantur cryſtalli, velut adamantes, figura regulari conſpicui. Experimentum placuit in alio vitro repetere, ſed diſſimili eventu. Nam etſi *denſæ arbores* pullularent, teneræ tamen & temporariæ erant; ſic, ut, cum ſponte evellerentur, ex alia radice *rariores* virebant *trunci*. Sed maximam dedit admirationem ☿ius ſummitatibus, non ut ante cryſtalli forma, verum prorſus immutatus adhærens. Et niſi major Mercurii quantitas experimento hanc effectus veritatem dediſſet, neſcio cui imputanda cauſa foret. Hæc Bartholinus *l. c.*

§. 38.

ARBOR PHILOSOPHORUM Kircheri, *ad oculum creſcens*, *a* P. Gaſp. Schotto *deſcripta*.

Praxis ejuſmodi arborem producendi eſt: Accipe „ argenti puri ſive cupellati ʒß & ſolve in 🜅ti ʒj. Accipe „ item ☿ ʒij. & ſolve in 🜅 ʒj. Has duas materias com-„ miſce,

"miſce, & immitte intra vas vitreum, atque affunde aquæ "communis libram unam, ac bene obtura. Videbis ar- "borem quotidie ad oculum, & notabiliter, creſcere, tam "in trunco quam in ramis. Ita ex ſecretis MSS. P. Kirche- ri, quæ Romæ legeram.

§. 39.

Eandem praxin proponit P. Kircherus in *mundo ſub- "terraneo* his verbis: accipe ☽ puriſſimæ, ſive per cupel- "lam depuratæ ℥ß, aquæ fortis & ☿ ℥ij, in quibus ſolva- "tur argentum aſſumptum. Deinde haſce duas materias "commiſce immiſſas in phialam: quibus ſuperaffundes li- "bram aquæ communis, & obtura bene, & videbis eam "quotidie creſcere, tam in trunco, quam in ramis.

Obſcura aut dubia horum verborum explicari debent ex prioribus.

Hanc eandem praxin habet Svventerus *in deliciis Ma- themat. par. 16. quæſt. 4.* ſed vitioſe.

Nonnemo Norimbergæ talem arborem chymica ar- te produxit, ut olim ad me ſcripſit Dominus Harſtorfferus. Gaſp. Schottus *in Phyſica curioſa p. 1351.* add. Kircherus ipſe *in l. c. l. 12. ſect. 5. par. 1. c. 6.* In vitro arborem ejusmodi viridem eximiæ proceritatis ſub titulo ARBORIS VITAE quotidie creſcentis habere doctiſſimus vir Dominus Oh- loffius, Pharmacopæus Magdeburgenſis fertur.

§. 40.

Alia ARBOR PHILOSOPHICA.

Praxin docet citatus P. Kircherus *citato loco mundi ſub- terranei* his verbis:

"Accipe Tincturæ ☽æ & ☿ii æquas partes, amalga- "ma inde factum pone in vas bene obturatum, & relinquito, donec

donec in pulverem convertatur, quod nigrum ſulphur vo- „
catur: huic adde ♆ris ℨjß atque ♁ri, Boracis, myrrhæ, „
unciam unam ex ſingulis: bene commiſceantur, & phia- „
læ impoſita, hermetico claudantur ſigillo; deinde ponan- „
tur intra arenam calidam, & intra duos aut tres dies pul- „
crum artis miraculum, arborem videlicet philoſophicam, „
videbis. Gaſp. Schottus *in phyſ. curioſa* 1352. & Kircherus *in mundo ſubterr. p. l. 12. ſect. 5. par. 1. c. 6.*

§. 41.

Laudata autem a Kirchero *Tinctura Lunæ* hæc eſt:

TINCTVRAE ☽*æ confectio per corroſiva & ejus virtutes.*

1) Sumantur vitrioli Hungarici calore lento albificati & in pollinem reducti lib. 2. ſalis nitri a ſuo ſale & fæcibus quam purgatiſſimi in pulverem reducti l. 1. miſceantur optime & diſtillentur arte ſpagyricis nota, & habebis menſtruum ſub forma aquæ limpidiſſimæ ſpiritibus ſuis fœtum.

2) Hoc peracto ſumantur tres unciæ ☽æ per ♄ ab omnibus quisquiliis rite depurgatæ; hisce urinali impoſitis apponantur ℥vj prædicti menſtrui. Vrinale aquæ tepidæ impoſitum relinquatur, donec partium fiat ſeparatio.

3) Finita ſolutione ſeu ſeparatione ℨix. ſupra dicti menſtrui ſoluto jam liquori ſuperaffundes, & inter balneum roris ad 40. dies igne continuato digeres, ſemper quod deſtillatum eſt, reaffundendo.

4) Aquam ſeu ſuperfluam humiditatem hoc pacto a magiſterio ſeparabis: magna cura in conſtanti ignis gradu adhibenda eſt; aquam itaque per eundem primum ignis gradum more ſolito abſtrahes, abſtractam vitreo vaſi immiſſam ſervato, reſiduum vero alembico, luto obducto, impoſi-

 poſi-

poſitum in arena diſtilla, ut id, quod reſtat, aquæ fortiori igne educas; ubi niſi oleum & operam perdere velis, magna cautela agendum, ne plus æquo forti calore, una cum humiditate major ſpirituum copia aufugiat; debet igitur magiſterium in fundo vaſis per 4. aut 6. horas ad inſtar ſalis foſſilis remanere; Hoc enim pacto, aperto vaſe in fundo lapideam reperies materiam, infra & a lateribus nigerrimam, ſupra vero candidam & ad inſtar cryſtalli diaphanam, atque hoc eſt magiſterium, quod quærebatur. Et proprietates habet admirabiles; quarum prima eſt, quod etſi nigro colore manus inficiat, corroſivam tamen facultatem, quæ in aqua forti eſt, prorſus derelinquit.

Secunda vitriolicæ aciditatis ſaporem linguæ exhibet; ſi enim in concha ærea aqua tepida magiſterium diſſolveris, vel in eodem lamellas cupreas injeceris, mox argentum a magiſterio ſeparatum & cupro ſub forma ſpongioſa adhærere videbis; quod tamen liquefactum deinde in ſolidum argentum redit.

Tertia ſi magiſterii materiam in pulverem redactam ſoli expoſueris ad inſtar atramenti nigerrimam formam induet, quod idem evenit, ſi materiam cum auro ſoluto miſceas.

Quarta, Experientia docet, Sala teſte, quod in ignem apertum hujus lapidis injecta particula ad inſtar ſalis petræ comburatur; imo, ubi in charta poſitum ad ſummum ſiccitatis pervenerit, flamma concepta inſtar pyrii pulveris magno cum impetu exiliat. Cujus quidem rei ratio eſt flatulentus nitri ſpiritus, quo turget, nitrum enim ſub forma menſtrui ignem prorſus reſpuit, ☽æ vero junctum in priſtinam naturam revertitur, ignemque more ſolito concipit.

Quinta

Quinta, magnum & ſpecificum in capitis infirmitatibus, uti in epilepſia, hydrocephalo, paralyſi, cæteriſque periculoſis catarrhis communi medicorum opinione habetur, granorum 5. vel 8. doſi cum vino Malvatico mane exhibitum. Kircherus in mundo ſubterraneo l. 12. c. 4. p. 450. ſeq.

§. 42.

ARBOR LUNAE Kircheri.

Recipe Argenti cupellati ℥iv. diſſolve in ſpiritu ni-„ tri, ſpiritum ex Balneo roris abſtrahe, ſive deſtilla, &„ manebit ☽a in fundo; cui ſuperaffunde aquam pluvia-„ lem diſtillatam, digere per pluſculos dies & diſtilla, id fac„ ſexies, aut ſepties, ſemper novam aquam diſtillatam af-„ fundendo; poſtea in illam argenti ſolutionem iterum„ cum aqua pluviali diſtillata factam injice *nitri fixi* ℥vj. di-„ gere ſimul, per duas ſeptimanas, & creſcet arbor ☽aris„ jucundiſſimi ſpectaculi.

§. 43.

Nitri autem fixandi modus hic eſt:

℞ ⦶ ℔j, liquefac in tigillo forti, & paulatim injice floris 🜍ris, donec 🜍 tandem amplius non accendatur, tunc ſatis eſt, amove ab igne, & per diſſolutionem & filtrationem purgetur nitrum fixum, hoc injice in ☽am diſſolutam, ut ſupra monui. Kircherus *in mund. ſubterran. l. 12. c. 6. p. 452.*

§. 44.

ARBOR ARGENTEA Eug. Philaletha, apparens in vitro facturi lapidem philoſophicum.

Antequam impleatur regimen ☽æ, formas mille induet

"duet compoſitum. Nam creſcentibus fluviis ante omni-"modam coagulationem, centies in die liqueſcet & coagu-"labitur, aliquando inſtar *oculorum piſcium* apparebit, non-"nunquam *arboris pure argenteæ ac politiſſimæ cum ramu-*"*ſculis, ac frondibus figuram æmulabitur.* Verbo, hoc "tempore quavis hora viſa te ſtupore ac admiratione ob-"ruent. Eugen. Philaletha ſive Thomas de Vagan *in introitu aperto ad occluſum regis palatium. c. 27. p. 90.*

§. 45.

ARBOR METALLICA Chimici Galli.

Et hanc praxin, *inquit* Schottus, propoſui alibi ex P. Kirchero *l. 3. artis magneticæ P. II. c. 4. quæſt. I. ubi* dicit, ſe ejusmodi arborem vidiſſe Lugduni in Gallia, apud eximium quendam Chymicum.

"Argentum pro magnitudine vaſis vitrei, in quo ar-"borem comparere & aſſervare cupis, diſſolve in aqua re-"gia, vaporeque abeunte in fundo ſedimentum quoddam "unguenti ad inſtar reſidere comperies. Huic ſedimento "ſuperaffunde aquam ab omnibus fæcibus bene depuratam, "vasque vehementi motu circumduc, ut ſedimento aqua, "quam optime fieri poteſt, commiſceatur. Hanc poſtea "aquam in aliud vas vitreum infunde leniter, ne impurior "aqua nitorem vitri inficiat.

"Huic adde argentum vivum, æqua portione argenti "& ſtatim argentum vivum attrahet argentum; coituque "iſto figura naſcetur, veluti arboris cujusdam, infinitis ra-"mis ornatæ, & magna admiratione viſendæ.

§. 46.

Annotatio.

Fit hæc arbor ab arte ad imitationem naturæ, quæ in quibus-

quibusdam mineris metallicis ſimiles arbores, quas *exanthemata ſive efflorescentias* aliqui appellant, producit; quales olim vidi in Muſeo Kircheriano Romæ, miſſis ex fodinis Tyrolenſibus. Sunt nonnullæ inſtar *arbuſcularum cryſtallinarum*, aliæ inſtar Corallinarum, aliæ virides, albæ, croceæ, ex variis coloribus conſtitutæ, quæ per truncum in ramos multifidos expanduntur. Fiunt ex ☿ialium ac ſalinorum ſpirituum radiatione, qua mineralium corpuſculis, in dictas figuras & colores diffunduntur. P. Gaſp. Schottus *in Phyſic. curioſa p. 1352.*

§. 47.

Verba ipſa Kircheri de arte magnetica *l. 3. part. 3. p. 580.* ſic habent: ARBOR METALLICA PRODVCTA IN VITRO.

Hoc loco omittere nequeo, quin lectori egregiam experientiam, quæ multis non exiguam admirationem peperit, dum argenti & hydrargyri vi in phiala vitrea certam miſturam attemperatam *in arboris figuram mira* quadam ratione excreſcere vident, communicem: ita autem res ſeſe habet.

Argentum pro magnitudine vaſis diſſolvatur in aqua regia, vaporeque abeunte in fundo ſedimentum quoddam unguenti ad inſtar reſidere comperies: huic ſedimento ſuperaffundes aquam ab omnibus fecibus bene depuratam, vasque vehementi motu circumduces, ut ſedimento aqua, quam optime fieri poteſt, commiſceatur. Hanc poſtea aquam in aliud vas vitreum infundes leviter, ne impurior aqua nitorem vitri inficiat, huic addes argentum vivum æqua portione argenti, & ſtatim Mercurius Lunam attrahet, coituque iſto figuram naſci veluti *arboris cujusdam infinitis*

Y *ramis*

ramis ornatam, non ſine admiratione intueberis. Hoc experimentum Lugduni in Gallia apud eximium chimicum, non parum attonitum me ſpectaſſe memini.

Autor *magiæ naturalis Norimbergæ editæ* im 8ten Theil n. 69. p. 624. ſic deſcribit **den grünenden Baum der Philoſophen zu machen:** Solches zu bewerckſtellen / nimm 2. Untzen Stärck-Waſſer / diſſolvire es durch eine halbe Untze geläutert Silber. Nimm noch eine Untze Stärck-Waſſer / thue es in ein halb Loth Queckſilber / menge beyde Stück wohl untereinander / gieß es in ein Glaß / in welchem ein halb Pfund Waſſer iſt / ſtopff es dicht zu / ſo wirſt du den Baum der Welt-Weiſen blühen und wachſen ſehen. Solches kan man auch abnehmen / wenn man Silber in Stärck-Waſſer zerſchmeltzt / und thut Salmiac darein.

§. 48.

Ath. *KIRCHERI Arbor intra phialam deaurata cum pomis inſtar granatorum.*

"Accipe ♄nii in pulverem redacti, aquæ fortis com-"munis, & olei 🜍ris partes æquales, eaque affunde la-"pidi de tribus; hæc enim phialæ impoſita arborem cum "tempore exhibebunt ramis aureis fulgentem, cui annexas "reperies punicei coloris guttulas, quæ poma granata ex-"primant. Kircherus *mundi ſubterran. l. 12. c. 6. p. 452. &* "*ex eo* P. Gaſp. Schottus *in Phyſ. curioſ. p. 1353.*

§. 49.

D. Em. Kœnigii Arbor Philoſophica ex ☿io.

"Ex ☿io fit arbor philoſophica, dum is particulas mi-"nimas aliorum cryſtalliſandas ſibi unit, ſicque in altitu-"dinem extollit, easque in tot ramos, ſimiliaque effingit,

con-

confirmat hoc, quia liquori illi affuſa aqua ſalſa, vel aqua re-„
gis, vel aqua comunis temperata nubecula oriatur, alborem „
inducens, quæ ſenſim dein flocculos ſuos albicantes in arbu-„
ſculos non ſine gratia dimittit: & ſic quoque operationes fri-„
goris, meteororum, vegetabilium germinatio, imo fere tota „
natura explicari poteſt. D. Eman. Kœnig *in Theſauro remediorum, append. Tractat. Chymia Phyſica p. 253.*

§. 50.

Athanaſii Kircheri arbor Luna-Mercurialis.

Accipe argenti cupellati unciam & ſemis, ☿ii vivi ℥j„
diſſolvantur ſingula ſeorſim in ♌u ⦶tri, & diſſoluta con-„
jungantur in phiala capaci, & adde aquæ pluvialis diſtillatæ„
uncias XII. aut XX. ponatur in calidos cineres, ad digeſtio-„
nem unius horæ ſpacio; niſi ſtatim creſcere velit, injice in„
illam ſolutionem ſalis Armoniaci uncias tres, habebis quæ-„
ſitum. Ath. Kircherus *in mundo ſubterr. l. 12. c. 6. p. 453. & ex eodem* Gaſp. Schottus *in Phyſ. curioſ. p. 1353.*

§. 51.

HORSTII ARBOR PHILOSOPHICA.

Si octo partes ☿ii & duas partes argenti debito modo uniantur, variæ oriuntur exinde figuræ montium & arborum. Amalgama ex auro, Luna & Mercurio dat pulcriores. Sed hæc in laboratore Chymico videbimus penitius. D. Joh. Dan. Horſtius *in Phyſica Hippocratea diſſert. V. §. 6. p. 32.*

Huc referri poteſt, quod Dn. D. Georg. Wolffg. Wedelius habet *in introductione in Alchimiam c. 14. §. 8. p. 8.* Mercurius abblanditur etiam germinandi virtute, quandoquidem amalgamatus, vel ſolutus, & digeſtus, cum auro aureas, cum argento argenteas arbuſculas repræſentare videtur,

qua virtute germinandi apparente inveniſſe ſe putant *clavem artis* (*Alchimiſticæ.*)

§. 52.

ARBORES AVREAE in fodinis Hungaricis.

Memini, *inquit Rob.* Boyle *in dubiis & paradoxis Chymico-Phyſicis p. 126.* peritum admodum, & fide dignum virum apud me affirmaſſe, ſe, cum fodinas Hungaricas intraſſet, fortunato minerale quoddam vidiſſe, ibidem effoſſum, in quo auri fruſta, humani digiti longitudine, & fere etiam mole, in minera creſcerent, ac ſi PARTES, RAMIQVE ARBORVM fuiſſent.

§. 53.

Idemque in argento interdum accidere Rob. Boyle refert *in obſervat. de generatione metallorum p. 27.*

De generatione, *inquiens*, quæ ſupponitur, argenti in forma *arborum, vel graminis, aliorumve* vegetabilium exempla aliquot in metallographorum libris mihi occurrere; & alibi mentionem feci, amicum quendam meum mihi *lapidem* oſtendiſſe, in quo affirmabat, *argentum*, quod in eo conſpiciebam, ex eo tempore, quo eum poſſederat, *creviſſe.*

§. 54.

In mari quoque *arbores lapideas* inveniri, autor eſt D. Joh. Dan. Horſtius *in Phyſica Hippocratea diſſert. VI. §. 3. p. 39.* quando de *Quercu marina* ſic loquitur: In mari Baltico prope Varni oſtium *Quercus Marina* creſcit ex duriſſimis lapidibus, iisque tam firmiter hæret, ut illæſam ſeparare non potuerim.

§. 55.

Eandem naturam ac figuram *corallia* habere Beguinus

in

in Secretis Spagyr. p. 189. ſeqq. affirmat, cum ſequentia *refert:* Jo. Baptiſt. de Nicole *certo mihi confirmavit*, quod cum anno 1585. Menſe Julio in Mari Bizertino regni Thunetani, piſcationem inſtituiſſet, cupiditate naturæ coralliorum inveſtigandæ, inductus, juvenem, funibus ſufficienter longis alligatum, & pondere 25. ℔. in utraque manu ad deſcenſum tutiorem & commodiorem, libratum in mare iſtud centum perticas profundum demiſerit, ipſique in mandatis dederit, corallium evelleret, & inter evellendum, curioſe attenteque obſervaret; an molle durumve eſſet. Qui ubi rurſus adſcendiſſet, utraque manu, corallii ramum attulerit, conſtanterque aſſeruerit, illud non minus ſub mari, quam ſupra illud durum eſſe, cum ad octo perticas aut circiter, profundum maris appuliſſet, magnam ibi frigoris vim ſenſiſſe. Immo - - - quod ipſemet, antequam corallia in ipſum aerem efferentur, ſeſe - - immerſerit, - - id corallium æque durum - - invenerit. Idque etiam confirmavit Dn. *de la* Piotier, qui anno 1513. e Barbaria reverſus eſt.

§. 56.

Herbas etiam inveniri lapideas obſervavit Robert. Boyle *de gemmarum origine & virtutibus p. 86.* quando ait:

Nunc addam, me curaſſe mihi afferri ex quodam loco Angliæ, quo non poteram admitti, quædam corpora petrifacta, in quibus comperi ſuccum ſeu ſpiritum petrificum, abundantem in terra iſtius generis, ita eſſe penetrantem, ita operativum, ut vegetabiles quasdam ſubſtantias ibi repertas in priſtina ſua figura, & quantum percipere poteram magnitudine, redderet ſatis duras, ad incidendum crenas in vitro & ferro.

§. 57.

Ludere etiam naturam in lapidibus fiſſilibus, quos Schieffern *vocant, ejusmodi figuris arborum & c. teſtatur experientia. Egomet ipſe ex liberalitate amicorum & fautorum poſſideo ejusmodi lapides complures e fodinis Vetinenſibus, quorum multi egregie exprimunt figuram filicis, & polypodii, alii carpiones, alius arborem abietis, alius erucam vermem, & qui palmam reliquis præripit, alius,* cujus imaginem *figura 2. pag. 1.* accurate depingit, quatuor ſoles & dimidium, ex quibus unus eandem fere effigiem repræſentat, quam nummi, Mariæ radios quaquaverſum ſpargentis imaginem præ ſe ferentes, niſi quod beatæ virginis loco ſpacium vacuum appareat.

§. 58.

De ejusmodi figuris Excell. Dominus D. Georg. Erneſtus STAHLIVS, Archiater & a Conſiliis *R.* M. Pruſſ. & P. P. in Acad. Fridericiana *in ſpecimine Beccheriano p. 185.* Quod in aliis, *inquit*, locis *regeneratio* quædam, poſt illam *primam* productionem facta ſit, & hodieque, ſed purius, fieri poſſit, tantum abeſt, ut diffiteamur, ut potius ejus rei *documentum* non exiguum agnoſcamus, in illa hinc inde reperiunda expletione, tam *animalium*, quam *vegetabilium*, fragmentorum atque cadaverum, quæ ſub priſtina figura, loco alius materiæ, ſubtili tali *minera metallica* expleta reperiuntur: cujus rei varia hinc inde ſpecimina occurrunt, vix autem alibi uberiora, quam olim in Mansfeldico Comitatu, *in fiſſili lapide*, Schieffer/ ſubinde deprehenſa ſunt: ſiquidem ibi frequentiſſima reperta ſunt corpora *piſcium* varii generis, ita tota exquiſite in *mineram* talem transmutata, ut nihil ſupra. Ita etiam in principali Comi-

Comitatu *Hennebergico*, haud procul urbe Jlmenau / non ita profunde reperti ſunt *lapides* tales, fiſſilis indolis, revera vero limoſæ proſapiæ, quibus non ſolum *algæ*, ſed imprimis *filicis* exquiſitiſſime diſtinguenda fragmina inerant, *bituminoſo minerali* materia, in locum antiquæ ſubſtantiæ ſubſtituta. Quantumlibet enim non deſint, qui eo inclinent, quaſi figuræ illæ *piſcium*, nullam æque ita ſimplicem habeant originem; ſed *naturæ*, ut loquuntur, *luſu* ita efformatæ ſint; cum tamen *jocoſæ* talis naturæ nullum (ſic legendum pro ullum) occurrat documentum, *quod* aut *quæ* ſit? e contra rationi, inter res qualitercunque obſtruſiſſimas, omnino tamen unus talis modus, præ altero iſto longe magis certe quadret; dum *antiquis*, licet non ipſis *diluvianis*, ſed *poſt* Chriſtum non natum ſolum, ſed cultum quoque temporibus altiſſimas tales *inundationes* aliquando eveniſſe, & vel ab illis, vel aliis violentis rationibus, factas *montium* aut *collium* ruinas produxiſſe aliquas dehinc planities, eo ipſo vero *lacus* tales & *lacunas* expleviſſe, *animalia*, *homines*, *cadavera*, *mobilia* varia, vel ſtatim involuta, vel poſtrema aquoſæ colluviei *ſubſidentia*, in talem locum delata, ibi concurriſſe &c. Omnia hæc, inquam, certæ rationi quantumcunque adhuc probabiliora ſunt, quam illi ſuppoſiti luſus, ſed creduli potius, & ab intricatioribus minusque ſolitis eventibus abhorrentis *ingenii*, quam naturæ, ſeu cujusdam *genii*, mineralium mixtioni & ſtructuræ *joculari* intenti. Hæc ille.

§. 59.

Cui tamen opinioni, quamvis & piſces petrefactos reperiri non negem, (pace tanti, mihique ſumme colendi Viri & Patroni dixerim) in quibusdam repugnare videtur αὐτοψία

horum

horum, iterum diffindendorum lapidum, easdem plerumque figuras piſcium, herbarum, arborumque repræſentantium. Et quid reſpondendum ad ſolis figuram multiplicem in lapide fiſſili, quem teneo, oculis obverſantem? Certe ſolus hic agnoſcendus eſt luſus naturæ ſive ipſius Dei.

§. 60.

Singulare exemplum circa *arborem philoſophicam* non ſolum, ſed etiam *ipſam metallorum transmutationem* exhibet Olaus Borrichius *de ortu & progreſſu chimiæ pag. 103.* citante D. Erneſto Göttholdo Struvio *in paradoxo chymico ſine igne p. 73. ſeqq.* Ante hos, *inquiens*, viginti circiter annos, cum *Condæus*, *princeps* Hiſpanorum partibus addictus, per Flandriam, Brabantiamque bello fulminaret, filium ſuum, nunc Ducem de Anguin, Bruxellis ſtudiorum cauſa reliquit, magno ſapientum virorum ſatellitio ſtipatum, quos inter *Sanſimonius* hic Heidelbergenſis domo longa conſuetudine Gallus, hodieque dicto principi a ſecretis, vir ſi quis alius, animo & fide Germanus & a nugis alieniſſimus. Adit ergo *Sanſimonium* hunc Bruxellis tunc viventem, &, ut fit, animi gratia, Naturæ ſecreta per otium ſollicitius inveſtigantem *Leodienſis* quidam, ignoti vultus, ignoti nominis, in corporis cultu modicus, *&*, audio, *inquit*, Domine, te ad curas quandoque chymicas deſcendere, & nobili hoc otio genium oblectare, ſed ab ignaris rerum ſecretarum magiſtris pendere nimium, eoque nihil hactenus ſpectaſſe admirabile; ecce! ut oculis tamen uſurpes coram, non omnia vana eſſe, quæ Chymicum profitetur ſtudium, pulviſculum hunc, minutum quidem, ut vides, & vix granum hordei nunc pondere æquantem, tuæ fidei committo, ea lege, ut poſt horas ſex revertenti mihi integrum reddas. Interea, ut curioſitati tuæ obſequaris, ita procedito: Cape ſis ex profluen-

fluente, vel quavis alia fontana aqua libras tres, quatuorve, quibus vitro exceptis pulviſculum hunc injice (ita *legendum puto pro corrupta voce* incenee.) Mox repetito opere vaſculum ſubinde quaſſa, ut aqua ex pulviſculi admixtione tenue quiddam abradat, ſecumque concorporet. Elapſis horis aliquot, ſubſidentem pulviſculum translato per inclinationem in vas aliud liquore, ſicca, ut mihi bona fide reſtituas. Paret Sanſimonius & dicto obedientem ſe oſtendit, ambiguus futuri. Redit ſub veſperam Leodienſis, pulviſculum ſuum recipit, & ad Sanſimonium verſus, vires, *inquit*, aquæ tuæ, jam me abeunte, periclitare, infuſisque aliquot mercurii vulgaris unciis, *germinationem utilem* expecta. Et ſimul paucis ultro citroque dictis recedit, Sanſimonius rei bene gerendæ cupidiſſimus, Mercurii mox mineras octo obiter infundit, & aliquandiu, ſi qua argenteus ille ramus in illuſtre germen ſeſe porrigere moliatur, oculis intuens (ſic legendum puto pro corrupta voce inconniens) ſpectator vitro frigido aſſiſtit, dictum factum. Surgit paulatim ex globo ſuo Mercurius, & mille ramulis argenteis, quaſi totidem filis tenuiſſimis, æqualiſſimisque, per univerſam, quo patet, aquam ſe explicat glorioſe, ſupra etiam ſupremum aquæ marginem filamentorum extrema protendens. Superficies autem lymphæ, quod ſtudioſe cuſtodiendum, interea oleoſo quodam liquore hinc inde reſperſa notabatur; quod, opinor, craſſum quoddam heterogeneumque contineat vulgati uſus Mercurius, cujus interventu a coagulatione prohibetur, quo per ſubtile artificium remoto, partes ejus ſe facile mutuis faciebus amplexabantur, hærentque tenaciter, & conſtantis metalli titulum ſibi vendicant. Sanſimonius poſtridie aqua vitro alii infuſa, filamenta hæc omnia collegit, expreſſoque manu humore ad vicinum mox fabrum ar-

gentarium, deportat, rogatque officioſe, velit per omnia examina ſcrutari metalli hujus ingenium, & conſtantiam ejus in ignibus periclitari. Mirum quiddam & inauditum. Hinc deprehenditur, poſt univerſa ignis ſupplicia argentum probatiſſimum, & nihilominus ſine igne ita ſe permiſerat cicurari, in feneſtra, Octobri menſe, utcunque aer Bruxellenſis ad frigidum id temporis inclinet, ſuppeditante ſatis virium ad expellendum illud excrementitium oleum, ſale illius pulviſculi ab aqua per intercurſum primi ſecundique elementi Carteſiani ad motum incitato. Sanſimonius audacior ſucceſſu, reſtanti aquæ novum infundit mercurium, novum videt nemus conſurgere, priori gemellum, inque ſinceriſſimam argenti maſſam immutatum; experitur idem tertio, quarto, quinto, ſexto, felici ſemper eventu, langueſcente tamen paulatim, & noviſſime fatigata aquæ virtute, quo factum ut plures ad ſpectandum miraculum in domum ſuam invitaret, quos inter, Principes aliquot Angli, Bruxellis tum forte commorantes.

§. 61.

Dominus L. Chriſtophorus Helvvig, *celebris p. t. Medicus Erfordenſis* in der *curieuſen* Beſchreibung unterſchiedlicher rarer und ſchöner *mediciniſcher*/ *chymiſcher* und *œconomiſcher* Dinge *p. 15. habet arborem deſcriptam*, quæ ipſi vocatur

CRESCENTIA der beſte Baum.

Nimm fein Silber/ limaturæ ♂is, ♀ris, ♄ni, ♃is ana ℥j, thue alles zuſammen in einen Tiegel / laß wohl flieſſen/ denn gieß es aus/ oder laß es im Tiegel erkalten/ darnach ſtoſſe es in einem Mörſel/ und waſche es mit warmen Waſſer/ daß alle Unſauberkeit und Schwärtze davon komme/ und

und weil du es alſo reinigeſt/ ſo laß ſachte ☿ium darzu lauffen / und reibe die Materie für und für / damit es ſich fein ſubtil amalgamire. Nach genugſamer Reib-und Reinigung/ drücke den ☿ium durch ein ſämiſch Leder/ und was bey der Materie bleibet/ das laß/ und truckne die Materie aufs beſte/ den übrigen ☿ium behalte zum weiterm Werck/ und behalt alles gar rein zum Augment hernach beſchrieben. Darnach nimm rein calcinirt Gold ℥ß ☿ti ℥j und des vorigen Pulvers ℥ß. Dieſes alles reibe auf einen reinen Steine ſehr ſubtil. Denn thue es in ein Kolben / und ſetze es in Aſche/ ſo warm / daß man die Hände / ohne Schaden/ daran leiden könne / laß es alſo 7. 8. oder 9. Tage/ aufs längſte ſtehen. Denn thue des Pulvers ein wenig / mit einem eiſern oder ſilbern Löffel heraus/ probier es auf einer Kohlen / fließſet es / und hat den Strich auf einem Steine von 24. Karat/ ſo iſts genug / wo nicht / ſo laß es noch 1. oder 2. Tage ſtehen in voriger Hitze. Poſtea prioris præparati pulveris rurſus ℞ ℥ß & ferendo cum hoc pulvere digeſto miſce ſuper marmore lapid. ſubtiliſſime. Rurſus pone in digeſtionem & ſemper octavo vel nono die invenies vigeſimum gradum ☉is. Dieſe Arbeit regiere alſo / für und für / ſo lange/ bis du 6. Untzen des vorigen Pulvers auf ☉ ℥ß gemehrt und gebracht haſt: Nachmahls nimm dieſelbe Materie in ein Glaß/ daß ſich darzu ſchickt/ laß ſie auf warmer Aſche 30. oder 40. Tage digeriren / ſo wächſt das Gold auf / als ein Baum mit Aeſtlein / in dem Glaſe im Grad wie Ducaten. Ob du den dritten Theil davon nimmſt / und reducirſt es / ſo lege des hiebevor zugerichteten Pulvers ſo viel wieder dazu/ reib es wohl unter einander / und laß es ſtehen im Glaſe 30. oder 40. Tage / ſo wachſen Bäumlein wie vor. Denn ſetze ihm wieder den dritten Theil des Pulvers zu / und laß es ſte-

ſtehen / wie vor 30. oder 40. Tage / darnach magſt du wieder davon nehmen / und alſo fortfahren ohne Ende / welches das Augment.

§. 62.

Aliam docet illuſtriſſimus Kenelmus, comes de Digby, ejusmodi *arbuſculam* facere *Philoſophicam*, in der *medicina experimentali*, *Part. II. p. 107.* hoc modo:

Ein philoſophiſches Bäumlein.

Nimm Scheide-Waſſer ℥jß / ein halb Kopffſtück / oder weniger / ſchlage es in dünne Blechlein / thue es in eine kleine Phiol / und ſtelle es auf Kohlen / oder heiſſe Aſchen / zu der ſolution thue lebendiges Queckſilber 1. Untze / Scheidewaſſer 10. Quint / laß es unbewegt ſtehen / etliche Stunden lang / ſo wirſt du ein artiges Fichten-Bäumlein ſehen.

§. 63.

Idem *ibidem auream* deſcribit *arbuſculam* his verbis:

Nehme des dünngeſchlagenen feinen Goldes ein Loth / ſolvire es in Scheidewaſſer / bey 6. Loth / darein 2. Loth Salarmoniac diſſolviret iſt; nehme ☿ii ſublimati zwey Loth / ☿ii vivi purgati 2. Untzen / ſolvire es gleichfals in ſolchem Waſſer / ſetze es wohl verſiegelt in ein Scheid-Kölblein an eine ſtete Wärme / laß es ohngefehr einen Monatlang ſtehen / ſo wirſt du in dieſer Zeit ein ſchön Gewächs aufgeſchoſſen finden / wie ein Cypreſſen- oder Dattel-Baum.

§. 64.

Talem *arborem* quoque habet D. Steph. Blancardus *in Theatro chymico P. I. p. 75.*

ARBOR DIANAE [illegible] Baum.

Nehmt 1. Theil Silber/ 3. Theil Ωus ⦶tri, laſt es mit einander flieſſen/ und thut hernach die ſolution in einen Kolben/ worinnen zwey Kannen Regen-Waſſer/ und nach proportion des Silbers zwey Theil Queckſilber ſind/ der Kolben muß bis an den Hals voll ſeyn/ ſetzet es auf einen Stroh-Krantz 14. Tage lang/ und laſſet es gantz ſtille ſtehen/ ſo wird allmählig ein Baum mit ſeinen Aeſten und Knöpffen/ gleich es Früchte wären/ aufwachſen.

§. 65.

Experientiſſimi Chymici D. Nicolai Lemery eadem fere ARBOR DIANAE ſive PHILOSOPHICA prolixius deſcripta digniſſima etiam eſt, quæ huc referatur, deſcripta in dem *Cours* der *Chymie P. I. p. 155. ſeqq.* his verbis:

Dieſe operation iſt ein Miſchmaſch von Silber/ Mercurio, und dem Spiritu Nitri, die zuſammen cryſtalliſiret worden ſeyn/ und die Geſtalt eines kleinen Bäumgens vorſtellen. Nehmet eine Untze Silber/ laſſet ſie in 2. oder 3. Untzen ſpiritu nitri auflöſen/ bringet die diſſolution zur evaporation in einem Sand-Feuer/ laſſet ſie darinnen ſtehen/ bis ohngefehr die Helffte Feuchtigkeit aufgezehret worden/ was übrig bleibt/ thut in einen Matras/ darein ihr 20. Untzen gemein klar Waſſer gethan/ thut 10. Untzen Queckſilber drunter/ ſetzet den Matras in einen kleinen Stroh-Korb/ und laſſet ihn 40. Tage ungeſtöret ſtehen/ ſo werdet ihr ſehen/ wie ſich in ſolcher Zeit eine Art eines Baumes/ mit Zweigen und kleinen Kugeln/ die an deren Ende die Früchte vorſtellen ſollen/ bilden wird. Dieſe operation hat keinen Nutzen in der Artzney-Kunſt/ ich habe ſie nur den Liebhabern allerhand Künſte zu Gefallen beſchrieben.

§. 66.

Anmerckungen *ejusdem P. II. p. 156.*

Dieſe Figuren der Zweige kommen von dem Ωu Otri her, welcher mit dem ☽ und ☿ zu einem Cörper vereiniget/ unterſchiedliche Figuren annimmet/ nachdem er nemlich Feuchtigkeit ſich auszubreiten/ findet: denn wenn man nicht mehr/ als 10. oder 12. Untzen Waſſer hinein geuſt/ ſo wird es nur ſehr confuſe Cryſtallen bilden. Wenn man hingegen mehr darunter thut/ ſo wird man nur ein wenig Pulver præcipitirt ſehen.

§. 67.

Man muß das Gemenge 40. Tage lang ſtille ſtehen laſſen/ weil der Ωus nitri von dem gemeinen Waſſer allzuſehr geſchwächet iſt/ und daher ſehr langſam wircket. Bringt man die Materie in Unruhe/ ſo unterbricht man die angefangene Figur/ und bringet alles in Unordnung/ das ſich aber doch wieder ins Geſchicke bringen wird/ wenn mans ruhig ſtehen läſſet. Dieſe operation gehet an einen kalten Ort viel beſſer/ als anderweit von ſtatten; Denn es iſt eigentlich eine cryſtalliſation.

§. 68.

Man kan dieſe operation derjenigen vergleichen/ die ſich in der Erden mit Zeugung und Wachsthum der Pflantzen begiebt. Denn wenn der Saame zu viel Feuchtigkeit hat/ ſo werden die zur fermentation und Ausbreitung ſeiner Theilgen förderliche Spiritus dermaſſen geſchwächet/ daß ſie nicht weiter agiren können/ und alſo wird nichts aus der Pflantze: Hat er hingegen zu wenig Feuchtigkeit/ ſo finden die Ωus zu ihrem Auslauff nicht Raum genug/ dannenhero bleiben ſie verſchloſſen/ oder evaporiren in der Lufft: findet ſich aber eine

ne rechte proportion des Waſſers in der Erden / ſo ſeyn alsdenn die Ωus in einer mittelmäßigen Bewegung / und breiten ſich unvermerckt aus: dehero breiten ſie die ſubſtanz des Saamens mit ſich ſelbſt aus / und ſublimiren ſie / daraus kommet die vegetation und das Wachsthum der Pflantze. Doch kehren wir wieder zu unſerer operation.

§. 69.

Will man das ☽ und den ☿ium ſcheiden / ſo muß man alles umrühren / und wenn mans in eine irdene Schüſſel gethan / ſo muß mans in einer halben Viertelſtunde aufſieden / und hernach ſo abkühlen laſſen / daß es nicht viel kälter als laulicht ſey. Gieſſet nach und nach ein Mäßlein Waſſer drein / in welcher ihr zwey Untzen Meer-Saltz zergehen laſſen / ſo wird ein præcipitirtes album heraus kommen. Gieſſet das Waſſer per inclinationem ab / und laſſet jenes trucknen / thuts darauf in einen Kolben / und ſetzet dieſen in einen Sand-Ofen / und wenn ihr einen recipienten voll Waſſer dran gemachet / ſo gebet ihm anfänglich wenig Feuer / verſtärcket es aber nach und nach / bis der Kolben glüend werde / ſo wird der ☿ius Tropffen-weiſe in das Waſſer fallen. Haltet ſo lange mit dem Feuer an / biß nichts mehr übergehen will / laſſet die Gefäſſe kalt werden / gieſſet das Waſſer aus dem recipienten / und wenn ihr den ☿ium gewaſchen habet / trucknet ihn mit einem leinen Zeug / oder auch mit Broſamlein Brod / und hebet ihn auf. In der Kolben werdet ihr euer ☽ finden / welches ihr zu einem Klumpen machen könnet / wenn ihrs beym ſtarcken Feuer mit einem Bißgen ☉ ſchmeltzet. Ich hab einmahl die præcipitation, an ſtatt ſie zu diſtilliren in einem Schmeltz-Tiegel calciniret / weil ich dachte / wenn gleich der ☿ fortgienge / ſo würde doch das ☽ zurück bleiben; aber es flog alles zuſammen mit einem Knall in die

Lufft

Lufft/ und blieb gar nichts im Schmeltz-Tiegel: weil ſich nemlich das ☽ mit dem ☿io vereinbaret/ und alſo von ihm flüchtig gemacht worden war.

§. 70.

Man kan noch einen andern ARBOREM DIANAE und zwar auf folgende Art machen: Nehmet eine Untze auf der Capelle aufgelöſetes ☽ mit drey Untzen Aquæ fortis, thuts in eine Phiole oder kleinen Matras/ ſetzet das Gefäß in Sand/ und laſſet bey einem gelinden Feuer ohngefehr die Helffte Feuchtigkeit evaporiren/ thut darauf drey Untzen etwas warm gemachten guten deſtillirten Wein-Eßig hinein/ rühreſt brav untereinander/ und ſtellet euren Matras wohin/ und laſſet ihn daſelbſt bey einem Monat gantz ruhig ſtehen/ ſo wird ſich ein Bäumgen bilden/ der wie ein Tannen-Baum ausſehen/ und deſſen Höhe ſo weit/ als das Waſſer gehet/ hinauf ſteigen wird.

§. 71.

Dieſer Arbor philoſophica iſt gleichfalls eine Art der cryſtalliſation, die ſich mit ☽ begeben hat/ daß durch das Acidum aquæ fortis, und des Wein-Eßiges penetriret worden. Man kan ihn wieder zu ☽ machen/ wenn man Saltz-Waſſer nimmet/ es/ ihn zu einem weiſſen Pulver zu præcipitiren/ darunter geuſt/ und diß Pulver mit einem kleinen Stückgen Salpeter oder Borras bey einem ſtarcken Feuer im Schmeltz-Tiegel ſchmeltzet.

§. 72.

Dn. D. Jacobus Waitz/ in dem Bedencken über die wahre *Alchymiam p.37.* im erſten Sendſchreiben an Hn. *Matth. Zitt*, *Lipſienſem de dato* Hertzberg in Wenden *d. 28. Auguſt. 1663.* in hunc modum *de arbore philoſophica*

loqui-

loquitur: Anlangend die Mercurios, ſo ich bey ihm geſehen/ ſind ſelbige wohl ſchön/ aber ich finde in der Arbeit nichts beſonders: Das Gold bleibt Gold unter aller Feuers-Gewalt/ ob ſichs gleich in einige formas mit dem ☿io verändert/ und bald wie Würme/ bald wie Bäumgen mit güldenen Aeſten/ bald als güldene Schuppen/ bald als ein alter Stock mit friſchem Ausſchlag/ und dergleichen ausſiehet. ꝛc.

§. 73.

Repræſentatio Coralliorum & cornuum cervi Marci Friederici Roſencreutzers/ qui *in Aſtronomia terreſtri ſua Germanice ſcripta p. 102.*

Nimm Grünſpan und Schwefel/ deſtillir daraus/nach der Kunſt/ein Waſſer/oder Spiritum, geuß denſelben auf geſtoſſene rothe Corallen/ oder Zincken des gefeilten Hirſch-Horns/ laß ſolch Waſſer drauf ſtehen in gar linder Wärm/ bis es wohl in der ſubſtanz, und gantz eingetrucknet. Hernach thue es in eine weite Phiol/und gieß ein deſtillirt Regen-Waſſer/ oder von Roſen gebrannt/ oder ein anders daran/ gieb demſelben wieder ſtete linde Wärme/ ſo wachſen die Corallen aufwarts/und die Hirſch-Hörnlein ſo ſchön und natürlich/ daß ein Wunder anzuſehen ſey. Werden auch alſo andere Sachen und Edelgeſtein damit ſolviret/ und aufgelöſet. Iſt ein fein Kunſt-Stück eines vornehmen bekannten Chymici zu unſerer Zeit/ und könte/ halte ich dafür/ ſolch menſtruum auch in andern ſolutionibus wohl ſicher gebrauchet werden. Conf. quæ ad c. XXIX. b. dicta ſunt.

§. 74.

Laudatus Dn. L. Chriſtoph. Helvvig *l. c. p. 18. corallia ex* 🜔 *coralliorum* prodire docet his verbis:

Nimm rothe Corallen / ſtoſſe ſie gröblicht / gieß in einem Glaſe acetum deſtillatum darauf / biß ſich alles ſolviret; Hernach ſetze die ſolution in Digeſtionem Balnei auf 14. Tage / oder 3. Wochen / darnach ziehe den Eßig ab / biß auf die Trockene / gieß deſtillirt Regen-Waſſer drauf / daß ſichs ſolvire / filtrire / ſo feces vorhanden / und deſtillire das Waſſer ab / ſolvire es wieder in friſchem deſtillirten Waſſer / und ſiede es wieder ein. Nun nimm rectificatum ſpiritum vini, gieß zu 3. oder 4. queer Finger breit / nachdem des Saltzes viel iſt / davon drauf / mache es wohl zu / und digerire es auf gelinder Wärme / ſo ſolvirt es ſich auf / und giebt eine ſchöne gelblichte oder röthliche Farbe / deſſen wird ein Gläßgen etwan von ein oder zwey Loth ein paar Quentlein oder mehr gegoſſen / und läſſet mans am warmen Orte / verlohren / zu gebunden ſtehen / ſo gehet der Spiritus ſachte fort / und erlanget endlich in fundo das ⊖ corallorum, die Geſtalt eines Corallen-Baums und viele andere wunderliche Figuren.

§. 75.

Ejusdem Helvvigii *repræſentatio vegetabilium* ibid. p. 21. ita ſe habet:

Lauge Saltz aus fetter Erden / ohne Feuer / evaporire ſachte die Lauge biß ad cuticulam, darnach reibe mit dieſem liquore quodcunque vegetabile einer Stunde lang ſehr wohl / biß es einander ſehr wohl angenommen hat; darnach an die Lufft geſtellet / laß es ohngefehr 2. oder 3. Monat ſtehen / darnach Waſſer darzu gegoſſen / filtriret / und gelinde evaporiret / bis es endlich wie des vegetabilis forma, an den lateribus vitri anſchieſſet. Nota, wie ſich im Winter an den Glaßſcheiben allerhand Figuren præſentiren / und wie das Glaß unter andern auch aus Aſche unterſchiedlicher vegetabilien beſtehe / iſt bekannt.

§. 76.

Alium proceſſum ejusdem rei Idem *ibidem pag. 22.* refert:

℞. Vier Theil der beſten Acker-Erde / und ein Theil 🜔 ex cap. mortuo Aquæ fortis, miſce und treib ſie herůber / ſo gehet ein phlegma, ♌, 🜔, und ein wenig Oel. (♌ ſolvit ☉) Extrahire mit deſtillirten Regen-Waſſer / das 🜔 fixum, coagulirs und ſolvirs per deliquium. Laß dieſen liquorem ſtehen / ſo ſchieſſet erſtlich ein viereckigt Saltz an / dieſes Saltz wird zu mucilago, und hieraus wachſen allerhand vegetabilia, allein es muß ſtill ſtehen / und nicht zu gemachet werden.

§. 77.

Repræſentatio Tunicarum, ſive Caryophyllorum hortenſium Ejusd. *ibid. p. 19.*

℞ Flor. Cordial. und noch einmahl ſo viel / als derſelben / rothe Nelcken / extrahir die Tincturam mit Spiritu vini rectificatiſſimo, die Tinctur imprægnire noch einmahl mit Nelcken / digerir es / und drůcke es hernach durch / filtrire es / und thue hernach in dieſe Tinctur ſo viel 🜔 corallorum, ſo durch das aquam pluvialem abgeſůſſet / ehe es mit ♌u vini ſolviret wird / ſo viel als ſich in der Tinctur ſolviren will / und kan / und laß es ſtehen / ſo wird das überflůßige 🜔 in Form der Nelcken ſich ad latera anhängen / und anfangs auch blutroth / wie die Nelcken ſelbſten ausſehen / aber endlich wird es weiß.

§. 78.

In einem Glaſe allerhand Gebäu / Thurm / Häuſer / Zelt und anders vorzuſtellen. Gieß ein helles Brunnen-Waſſer in ein Trinck-Glaß / und ſchlag ein friſches Ey darein / und laß unverrůckt alſo eine Weile ſtehen / ſo wird

das Ey im Glaß zu ſpielen anfangen / und allerhand wunderliche Gebäu hervor kommen. Dieſes geſchicht auch / wenn man Zinn oder Bley in Waſſer gieſſet. Autor *magiæ naturalis Norimb. editæ* Theil *IX. num. 3. p. 628.*

§. 79.

e) Meibomius) De quo *M. Greg.* Michaelis *in notis ad Gaffarelli curioſitates inauditas p. 249. ſqq. Clariſſ. Henr.* Meibomius rem non acu, ſed ſtylo tangit. Poſſem, *inquit*, Polonum apud Quercetanum, magiæ accuſare &c. Sed non placent iſta arma &c. Multa mihi ex allatis licuit experiri, ſed nunquam tali cum effectu. Miſcui cineres, miſcui ſales herbarum aquæ glaciandæ; ſed nunquam figuræ illius vel volam, vel veſtigium obſervare licuit &c. Si tale quid revera contingit, cur non ſemper contingit? cur non omnibus hoc commune eſt? cur urtica & abſynthium hic prævalent? Non injuria docti ſuſpicantur, doloſam fuiſſe illam ex cineribus productam plantam, cum illa remoto calore ſtatim evanuerit, videatur Domini Meibomii *doctiſſima epiſtola* egregio operi *de conſideratione corporis glorioſi* celeberrimi Theoph. Spizelii *præmiſſa Norimbergæ 1662.*

CAP. XXII.

VIdelicet in cineribus ſalem fecundum latitare, non latet etiam ruſticos; qui (*a*) dumeta, & vepreta exurunt, ut terra reddatur fecundior. Hinc KIRCHER, *l. 3. de Magnet. p. 5. c. 3. p. m.* 633. ait: *Si herbam minutim conciſam aut etiam in cinerem* (*b*) *redactam terræ inſeveris*, herba creſcit ejusdem ſpeciei cum ea, quam terræ indideris. Et *in mundo ſubterr. l. VII. ſ. 2. c. 5. Experim.* 2. *f. m.* 363. ait: *Si quis flores* (*c*) *pulcros, nitidos & uberes v. g. Tulipas, anemones, lilia omnis generis roſas, ſimilesque deſiderat, is ex iisdem,*

&,

& , poſtquam effloruerint, combuſtis in cinerem ſcapis & caulibus florum, lixivium faciet, quo affuſo, ſingularum plantarum appropriatarum radicibus, mira fecunditate & nitore propullulabunt, quod & de plantis cæteris dictum velim. Per combuſtionem enim non plane emoritur inſita plantæ vis; quin ipſa depuratur per ignem a terreſtribus partibus. *Hinc* Philippus Theophraſtus Paracelſus Bombaſt von Hohenheim *de rerum natura l. VI. p. m. 293. ſqq. per totum agit* de reſuſcitatione rerum naturalium, quam vocat ein groſſes und hohes Geheimniß und mehr göttlich und engliſch / dann menſchlich und natürlich. Mortem vero *p. m.* 294. facit *duplicem*, nempe ſterben und tödten: *illud nunquam naturaliter reſuſcitari posſit; hoc bene: quia in hoc violenter peremto balſamum aliquod remaneat; in illo vero Dei prædeſtinatione elanguerit tanquam merum cadaver.*

COMMENTARIUS

AD CAP. XXII.

§. 1.

a) QVi *dumeta*) verba ſunt *Joh.* Beguini *in ſecretis ſpagyricis c. 19.* dicentis: quid? quod in Arduennæ ſylva, & aliis multis locis ſterilibus & aridis, ut agricolæ, æſtate, quod metere poſſint, habeant: dumeta, geniſtas, & vepreta paſſim comburant, & cineres hinc inde per campos diſpergant: ut ſubacta terra, ſale beneficio pluviarum ſupercadentium ex illis elicito pinguefiat, ac lætas ſegetes poſtmodum ex ſemine in terram projecto, producat. Fungitur nimirum ejusmodi cinerum ϴ officio fimi, quo nunquam agri impinguari poſſent, niſi urinis & ſale animalium brutorum eſſent imbuti:

§. 2.

Et conſentit Kircherus *mundo ſubterr. l. 7. c. 5. p. 363.* Cujus verba mox §. 4. 5. adducta videbis ad hoc ipſum caput.

§. 3.

b) *In cinerem*) De cineribus formam plantarum retinentibus D. J. D. Horſtius *in Comp. Phyſic. Hippocr. diſſ. VI.* §. *4. p. 40. ſeqq.* quæ agit *de mixtis animatis & in ſpecie de plantis:* In plantarum, *inquit*, reſuſcitatione, mira obſervantur. In cineribus formam plantarum ſervari putat Quercetanus, Hieremias Cornarius, de Formentieres, de Luynes, Beguinus, Vigenarius, & alii. Guido Procenſis Lutetiæ Pariſiorum brumæ diebus mediis *trium horarum* ſpacio offert ſeminatas, & productas plantas, ad mediocrem magnitudinem, inſtrumento, quod ipſe ſolertiſſime in locum caloris ſolaris tunc temporis & loci *frigide ſatis &* (forte legendum: *non frigide*, *ſed*) impigre operantis ſubſtituere novit. Terræ vero non committit plantæ ſemen immediate, ſed aquam ejus, ϴem & ♎um; Ita ſi *rubicundam abſynthii eſſentiam* per cineres deſtilles, in alembico videbis *ideam abſynthii*: uti deſtillatio *cornu cervi cornua* repræſentat, & *congelata aqua* deſtillata *ſpermatis ranarum* olim *ranas* videndas mihi præbuit, atque uti in maceratione *cineris cancrorum* Lutetiæ *cancros* vidit D. Certain, teſte clariſſimo D. Schrœdero, *amico & in aula Darmſtadina* Collega meo honorando, & R. Fludd *ſceleton humanum in oſſium humanorum* deſtillatione. Hinc immortales quidam (immortalitatem tamen Coſmicam tantum intelligunt) plantarum animas dixerunt ex Jobi, XIV, 7. 8. 9. Hinc animam plantarum eſſe totam in toto, & totam

tam in qualibet parte putarunt. Hinc earum ſeminale principium eſſe in earum minimis partibus, in ſuccis, in putredine, in cinere, in pulvere, in atomis pronunciarunt &c. vid. infr. ad cap. 38.

§. 4.

Kircherus *in mundo ſubterr. l. 7. c. 2. p. 349.* habet arcanum *cineris* mirabile, *producendi ex eo herbam eandem, quæ fuerat ;* quod vide ſupra *Commentar. ad Cap. XIX. §. 2.*

§. 5.

Idem Kircherus *ibid. p. 355.* ſi herbam quandam in ſalem reduxeris, ſalemque extractum terræ indideris, is eam ſpecie herbam, e qua ⊖ eductus fuit, producet, uti me experientia docuit.

§. 6.

c) Si quis flores pulcros) Præmittenda omnino verba videntur, quæ habet laudatus Kircherus *ibid. l. 7. c. 5. p. 363.* Planta, *inquiens*, cujuscunque tandem ſpeciei fuerit, verbi gratia, *vitis, roſæ, tritici*, ſimiliumque in cinerem redigatur; quo facto, ſi, lixivio inde parato, plantam appropriatam irrigaris, eam hoc connaturali liquore mirum in modum fœcundam, & luxuriantem reddes, cum cinis hic magis inclinetur ad ſuæ ſpeciei plantæ ſatis faciendum, quam alteri differentis naturæ. Hinc agri, in quibus *ſtipularum ſegetumque* reliquiæ in cineres comburuntur, uti quotannis fieri ſolet, multo majorem fœcunditatem agris adferunt, quam qui ex combuſtarum geniſtarum, filicum, loliorumque quisquiliis fiunt. Ratio eſt, quia ſal dictarum plantarum ex vi ſua ſpermatica ſimiles plantas producit, id eſt *lolium, viciam, papaver, filices, geniſtas*, ſimiles

miles

milesque, quarum commiſtione uti debitum frumento nutrimentum ſubtrahunt, ita quoque mirum in modum id a nativa ſua bonitate & perfectione degenerare faciunt. Cineres itaque, quanto ſunt ſimpliciores, tanto majorem fœcunditatem ſuis ſpeciebus conferre experimentum ſequens docet: *ſi quis flores pulcros, nitidos &c.*

Cap. XXIII.

PErgit autem PARACELSVS *circa finem l. VI. p. m. 299. ſeq.* aitque, *difficile admodum, impoſſibile tamen naturæ neutiquam eſſe, ligna ut reſurgant: prudentia vero cata opus ſit. Quomodo vero reſuſcitentur, ut revireſcant, hoc fiat modo,* quem vernacule ita proponit: (*a*) Daß das Holtz / welches zu Kohlen gebrannt / folgends zu Aſchen gebrannt werde / und in eine *cucurbit* gethan / mit *reſina*, *liquore* und *Oleit*ät deſſelbigen Baums oder Holtzes / alles gleich viel unter einander / und auf einer linden Wärme zerlaſſen. Das giebt eine mucilaginiſche Materie. Und alſo haſt du auch die drey *principia* beyeinander / davon dann alles Holtz wächſt und gebohren wird / und iſt *phlegma*, Feiſte / und Aſchen. Die *phlegma* iſt der ☿, die Feiſte der *Sulfur*; Die Aſchen das Sal. Dann alles / was im Feuer reucht und verraucht / iſt ☿. Was brennt und verbrennet / iſt Sulfur: und alles / was Aſchen iſt / das iſt auch ein Sal. So du nun dieſe drey principia bey einander haſt / ſo ſetz es in ventrem equinum und putreficirs auf ſeine Zeit: nach demſelbigen / wo dieſe Materie in ein feiſt Erdreich vergraben wird / oder darein geſchütt / ſo wirſt du ſehen / daß dieſe Materie wiederum grüne / und ein junger Baum oder Holtz daraus herfür wachſen wird / welches viel kräfftiger und edler iſt in aller ſeiner ſubſtanz, dann ſein erſtes Holtz / dieſes Holtz aber heiſſet und iſt ein reſuſcitirt / renovirt und reſtaurirt Holtz / das anfänglich auch ein Holtz geweſen / und aber getödt / zerſtöret / zu Kohl / und Aſchen gebrannt / und gar zu nicht worden / und

doch wiederum aus demſelbigen nichtigen etwas gemacht und gewachſen iſt. Das laß dir im Licht der Natur ein groſſes und hohes myſterium ſeyn/ daß ein Ding ſeine Form und Geſtalt gantz und gar ſoll verliehren und zu nicht werden/ und aus nichts wiederum etwas/ das hernach viel edler in ſeiner Krafft und Tugend/ denn es erſtlich geweſen iſt. Latine hæc leguntur per compendium *apud* Gerard. DORNEVM *in faſciculo Paracelſicæ Medicinæ veteris & novæ cap.* 14. *p. m.* 10. & TACKIVM *myſter. reſurrect. rerum p. m.* 49.

COMMENTARIUS

AD CAP. XXIII.

§. I.

a) DAß das Holtz) P. Gaſp. Schottus *in Phyſ. curioſa p.* 1358. *ſeq.* ad hunc Paracelſi locum ſequentia notat: Paracelſus *l. 6. de natura rerum* (uti a P. Kirchero citatur *in mundo ſubterraneo l. 12. c. 5. p.* 437.) *ait;* Tametſi difficile admodum ſit ex ligni combuſti cineribus plantam reſuſcitare, impoſſibile tamen non eſſe, ſi ſolerter res inſtituatur. Jubet autem in hunc modum inſtitui: Recipe lignum, quod primum fuerit carbo, poſtea cinis, & pone in cucurbita, una cum reſina, liquore & oleitate illius arboris. Omnium idem pondus; Miſceantur, & in leni calore liquefiant, & fiet mucilaginoſa materia. Atque ita habes tria principia, ex quibus naſcuntur omnia, omnia generantur, nempe phlegma, pinguedinem & cinerem. Phlegma eſt Mercurius, pinguedo eſt 🜍, cinis eſt ſal. Nam omne, quod in igne fumat, & evaporat, eſt ☿ius, quod flagrat & comburitur, eſt 🜍; & omnis cinis eſt ſal. Cum jam hæc tria principia ſimul habes, pone ea in ventre equi-

 no;

no, & putrefac ad ſuum tempus. Si poſtea illa materia in pingue ſolum ſepeliatur, & infundatur, videbis jam reviviſcere, & arborem & lignum parvum inde naſci, virtute priori nobilius. Hæc ille. Quibus relatis, ſubjungit P. Kircherus, non eſſe opus tot operationibus ad ſalem vegetandum, cum cineres plantarum (ut ipſe ſæpe in ⊖e abſynthii expertus fuit) *terræ virgini* inſiti, intra breve tempus ejusdem ſpeciei plantam, quæ in cineres reſoluta fuit, exhibeant. Apparet tamen, Paracelſum praxin ſuam in opus nunquam reduxiſſe, quoniam ad probandam poſſibilitatem palingeneſiæ adducit quædam omnino falſa, & in Philoſophia abſurda, ut; quod leonum catuli naſcantur mortui, & vitæ omnis expertes, ſoloque leænæ aut leonis rugitu in vitam revocentur, cum tamen non mortui, ſed ſopiti tantum naſcantur, & rugitu illo excitentur. Si ergo verior non eſt plantarum reſuſcitatio ad vitam, rugitu leonino, omnino ridenda ac rejicienda eſt.

§. 2.

P. Athan. Kircherus *mundo ſubterr. l. 12. c. 5. p. 416.* ſcribit: Paracelſus *l. 6. de natura rerum*, de reſuſcitatione rerum complura falſiſſima, nonnulla quoque vera adducit, ut autem reſuſcitationem poſſibilem oſtendat, ea adducit, quæ nullus unquam Philoſophorum admiſit. v. g. dicit: leonum catulos vitæ omnis expertes, & mortuos manere; quod falſum eſſe experientia conſtat. Catulos leonum minime mortuos eſſe, ſed ſemiſopitos tantum, rugitu tamen excitari ſolummodo, non ſecus ac dormientem magno clamore a profundo ſomno excitatum exoticis motibus agitari videmus: quis a ſolo rugitu catulis id, quod non habent, dari poſſe concipiat? Similibus exemplis ſat infirmis, imo abſur-

abſurdis, Paracelſus ſolet vitam dare metallis per reductionem eorundem in argentum vivum, ſeu ☿ium, quod dum facit, jura graduum naturæ perverſe infringit; quid enim vita animalium cum inanimata mineralium natura habeat commercii, non capio. Dico itaque fieri non poſſe, ut, quod ex ſe, & ſua natura, vitam non habet, nec habere poteſt, vitam tamen ei dare poſſit, uti de vitali ſemine ☿ii Philoſophorum Alchymiſtæ nugantur, dum ei vegetativam, & ſuæ ſpeciei multiplicativam facultatem attribuunt. Quæ omnia abſurda & naturæ principiis contraria eſſe, quis non videt? Quia tamen cineres ex vegetabili natura ſuam originem ſortiuntur, certe ex ſeminio ſub iis latente, ſalis vivifici beneficio plantam excitari poſſe nullum eſt dubium; agit enim unumquodq; juxta naturæ gradum ſibi conſentaneum, neq; enim *minerale corpus plantam, neque planta animal generare poteſt, niſi* primo ei ſenſitivæ naturæ ſeminium inextiterit. Metalla itaque non per facultatem vegetativam, ſed per ὑπερδιάθεσιν ſive ſuperadditionem vaporum metallicorum, halituumque in matricibus appropriatis conſtipatorum conſtituuntur. *Planta plantam generat, non aliud; animal, animal, non plantam, non minerale producit:* unde argumentari ex uno aliquo naturæ gradu ad diſparatos in bona philoſophia non eſt licitum.

Cap. XXIV.

SVcceenturiari huic poteſt exemplum *Caſtaneæ* (*a*) *ex ſale ſuo reſurgentis.* Hiſtoriam ex Joh. Agricolæ *tr. de Antimonio*, qui exſtat *part. 2. Comment. in Chim. Poppii p. 239.* in latinum ex vernaculo idiomate his Jo. D. Major *de cancr. & ſerpent. petref.* §. 41. *p. m. 34. ſeq.* transfudit verbis. *Vidi Viennæ penes pharmacopœum, qui Conſtantinopoli plantas quasdam*

 exi-

eximias acceperat, præter reliquas inprimis ramum tenerrimum caſtanearum majorum Turcicarum, qui vero in via exaruerat. Quapropter redegerat ipſum in formam ſalis cryſtallini pulcerrimi, terræque inditum, & irrigatum bene excoluerat. Sic planta priori prorſus ſimilis prodiit: nec dubito, quin adoleverit; ego enim tum diſceſſi. Ac concludo, recondi in ſale verum ſpiritum vivum & vivificantem.

COMMENTARIUS

AD CAP. XXIV.

§. 1.

a) CAſtaneæ) *Nec mirum. Si enim ex ſale vegetabilium, eorundem quaſi forma, eadem juxta Kircheri loca citata, c. XXII. §. 4. 5. ſi & arbores ſecundum* Paracelſum *renaſci poſſunt, cur non & arbor caſtanea eodem privilegio gaudeat?* vide ſupra alia exempla cap. XIX. Huc omnino referendum aus dem Hannoveriſchen Calender des 1714. Jahres/ beſchrieben von Ludewig Joh. Ruſten/ Liebhabern der Mathem. Wiſſenſchafften/

Secretum egregium für einen Gärtner / die *Regeneration* der Kräuter fürtrefflich zu *practici*ren / wenn man die Pflantzen an einen Ort nicht mit ſich tragen kan / und ſie doch wegen der *Diſtanz* der Oerther gerne verſetzen möchte.

Nehmet ein Kraut / mit Wurtzel und allen / wohl von der Erden geſäubert / ſolches brennet in einem neuen unglaſurten Topff zu Aſchen / und denn ſolche Aſchen bey 2. Stunden hermetice calciniret / mit zweyen Tiegeln / einen auf den andern wohl lutirt / daraus ziehet das Saltz / bewegt und rühret es offt / damit die Materie ſich zu Grunde ſetze / denn filtrirt

trirt es/ laſſet das Waſſer evaporiren/ ſo bleibet das Saltz in fundo. Solches Saltz denn in eine gute fette/ feuchte Erde eingeſetzet/ ſo wird daraus diejenige Frucht hervor kommen/ von welcher ſolch Saltz erſtlich geweſen. NB. Dieſes iſt ein ſchönes Vorbild der Auferſtehung der Todten am jüngſten Tage.

CAP. XXV.

PRobe penſitavit hoc P. I. Faber (*a*) *in Pallad. Spagyr. c. 3. p. m. 28. ſeq.* Dicit enim, *illa*, quam docet, *methodo, calcinatis vegetantibus omnibus*, (qualiacumque ſint,) *& ſpiritibus propriis imbutis, & calci unitis & coagulatis, ut dictum, ſpiritibus, ſummum prodire arcanum naturæ: quod præter inſignes effectus medicos, & hoc peculiare habeat, quod eo ipſo arcano ſingulis menſibus habeantur novæ & recentes roſæ odoriferæ, roſaria ipſa ipſomet hyemis tempore, ſi foliis priventur viridibus, mortuaque fere, reviviſcant; ſi tantillo hujus arcani pulvere in aqua roſacea, aut ſpiritu roſarum diſſoluto, roretur radix ipſius roſarii: tunc illo prodeant folia, alabaſtri & tandem ipſæ roſæ: ſingulisque menſibus id fiat, modo etiam menſibus iiſdem, tali madefiat arcano roſarii radix.*

COMMENTARIUS

AD CAP. XXV.

§. 1.

a) P. *I. Faber*) Petrus Johannes Faber (cit. D. Godof. Aloyſ. Kinnero *a Löwenthurm* apud P. Gaſp. Schottum *in Phyſ. curioſa p. 1367.*) etiam in *opere ſuo univerſalis ſapientiæ l. 1. c. 11. de putrefactione*, memoratu non indigna verba habet:

Dixit ergo, *inquiens*, Chriſtus Joh. XII, 24. *niſi granum mortuum fuerit, & corruptum, ipſum ſolum manet*, hoc eſt, niſi corpora rerum putrefiant, & corrumpantur, ut ſeparetur eorum ſpiritus, & vindicetur ab excrementis ſuis, nullam de ſe dant germinationem & multiplicationem, quia ſolus eſt ſpiritus vitæ, qui ſeparatus a corpore ſuo & depuratus ab excrementis ſuis, & corpori iterum puro ſuo unitus, germinationem, & multiplicationem ex ſe ipſo promit, ut quamplurimi chymicorum viderunt ipſamet experientia, ſales vegetabilium optime depuratos & ♌u ſuo vegetabili impraegnatos, terræ creditos, & mandatos, germinare ac pullulare, & fructus ferre ejusdem ſpeciei, ex qua fuerunt extracti. Imo & in phiala vitrea ampla incluſos, & hermetice clauſos, leviſſimo *calore tepefactos, exſurgere in arbores & flores miros, flore & foliis viridantibus exornatos*; quod capite de vegetantium putrefactione, qua ratione, & qua methodo id fieri poſſit, clariſſime oſtendemus. Sed hæc leviſſimi momenti ſunt in putrefactione rerum; in ea enim latet aliquid majoris multo ponderis, quam germinatio hæc vegetantium, quæ vulgaribus tantum hominibus eſt admirationi, qui tantum mirantur, quæ ignorant; & at ſcientibus philoſophis veris hæc non ſunt admirationi, quod videant ac ſciant, longe plura & majora, pretioſiorisq; momenti in natura ipſa latitare & occulta eſſe &c. Capite *porro* de putrefactione vegetantium, quod ſupra allegaverat, ita poſt alia ſcribit: Contundantur vegetabilia quævis & ſuccus eorum exprimatur Torculari aliquo; expreſſus ſuccus magna in quantitate reponatur ad putrefaciendum in fimo equino, in vaſe optime clauſo vitreo, per 40. dies aut 60. donec deferveat: poſtquam deferbuerit, deſtilletur, ſuprapoſita cappa vitrea vaſi, in quo facta eſt putrefactio, & fiat deſtillatio in Balneo Mariæ, & quod ſtillat, per balneum recohobetur

ter

ter aut quater, ſuper id, quod remanet in fundo vaſis deſtillatorii; & fiat in ſingulis recohobationibus putrefactio per octo dies: & ſic adſcendit copioſus ſpiritus ardens, & ⊖ volatile: quod ſi non adſcendat, fiat purificatio materiæ adſcendentis aqueæ cum non adſcendente, & miſceantur ſimul, & filtrentur: & cum per filtrum clarificata fuerint, conjungantur ſimul cum aqua ſeu ſucco clarificato, qui adſcendere non potuit per balneum; deinde deſtilletur omne lento cinerum calore ad ſpiſſitudinem mellis: huic addatur iterum, & conjungatur, quod ſtillaverit, & iterum filtretur, & clarificetur, & toties hoc iteretur, donec, quod remanet in fundo alembici, ſit gummi clarum & limpidum: Tunc temporis forti deſtillatione pellendum eſt omne, quod fortiſſimo calore adſcendere poterit; & tunc temporis ⊖ volatile, & Ωus ardens adſcendunt, & oleum, quod quidem *empyreuma* redolet; quod quidem *oleum rectificandum* eſt, donec empyreuma non redoleat, in novis retortis, ſuper fæces, quæ remanent in fundo, quæ calcinandæ ſemper ſunt in ſingulis recohobationibus olei, ut empyreuma ipſius olei remanens in fæcibus diſpereat forti illa calcinatione, & ea etiam calcinatione purificetur ſal fixum, quod remanet, & latet in ipſis cineribus, ſeu fæcibus: quod quidem eſt extrahendum ex ipſis fæcibus cum aqua, quæ primo adſcendit poſt adſcenſionem ſpiritus: quod quidem ⊖, poſtquam erit purificatum ab omnibus ſuis excrementitiis ſubſtantiis, quæ non ſapiunt ſalis indolem, quod non in aquam ſolvantur; tunc temporis conjungendum eſt cum aqua ſua optime rectificata, & poſtquam ſolutum eſt cum ipſa aqua, addendus illi ſpiritus ardens ſuus, & deinde ⊖ volatile, & ultimo oleum, & omnia ſimul circulanda ſunt, in vaſe optime clauſo, lento calore, per menſem, & ſimul agitan-

gitanda, bis in die, donec confundantur, & permiſceantur. Poſtquam confuſa ſunt, & mixta, in B. M. deſtillanda ſunt, ut abſtrahatur ſuperfluum liquoris aquoſi & remaneat tantum gummi quoddam ſpiſſum, quod quidem, quo magis coquitur, eo magis etiam induratur, donec lapidis induat naturam. Quod ſi hæc non eveniant, & permiſceri nolint hæ partes, poſtquam ſic purificatæ fuerint, ſignum eſt clarum & evidens, partes has non rite purificatas eſſe: Quocirca iterum ſeparandæ ſunt & purificandæ, donec conjungantur & figantur in *lapidem pretioſum*, qui virtutes & proprietates habet omnium vegetabilium. Nam quicquid natura poſuit, & Deus, in natura vegetantium, illi lapidi ineſt ſumma cum potentia &c. Hæc ille. Vbi, *pergit* Kinnerus, tametſi nullam amplius mentionem faciat de umbratili generatione; ſat nihilominus conſtat ex præcedentibus, illum eandem hoc loco deſcribere voluiſſe.

Cap. XXVI.

SAl (*a*) igitur cinerum plantarum mirandi hujus Spectaculi theatrum eſt: quod multis confirmari poteſt hiſtoriis. Excell. D. Joh. Tackius, *Archiater Haſſo-Darmſtadinus longe meritiſſimus*, dum viveret, amicus noſter honoratiſſimus *tractat. de conſanguinitate auri, ſacchari & ſpiritus vini* (nomen ἀναγραμματικῶς ita præfixit: Hoc viro ſancta cos nidet) *p. m.* 42. *edit. vero noviſſ. p. m.* 27. hæc refert: *Viderunt feſtiviſſimo ſpectaculo in Holſatia, quibus Magni illius Herois ac Domini,* Friderici, *Holſatiæ & Sleſvici Ducis, curas in ſcrutandis Naturæ arcanis intueri antehac dabatur, tartarum reſolvi in uvas, (b) variæque magnitudinis botros, non peregrino aliquo addito fermento, ſed illo ipſo, quod erat ex tartaro, id quod deinceps multoties cum jucundiſſimo ſucceſſu* alibi tentatum. Ex *eodem* repetunt P. J. Sachs. *Ampelogr. l.* 2. *ſ. c.* 5. *p. m.* 636. ex Gregor. Michaelis *annot. ad* Gaffarell. *p. m.* 251.

qui

qui addit, *iſti laboratorio tum præfuiſſe Celeberr.* D. Joel. Langelottum, *Archiatrum & Chimicum longe præſtantiſſimum.* FEBVRIVS, *Regis Angliæ Chemicus primus, ante annos aliquot per aceti primum, deinde & purgatiſſimum vini ſpiritum, eo usque ſedecim & ultra menſium patientia ſalem tartari lixivum provexit, ut in vitrea cucurbita ſublimando alte exſurgens, germaniſſimam uvam, ſi colorem exceperis, mira ſimilitudine referret,* teſte Th. Bartholino *Tom. I. act. Hafnienſ. n. 42. p. m. 79.* De *Lavendulæ (c) ſilvula ex ſalibus ſuis reſuſcitata* vide curioſum experimentum Jo. D. Majoris *in Ephem. Germ. Cur. ann. VIII. obſ. 9.*

COMMENTARIVS

AD CAP. XXVI.

§. I.

a) SAl) Præter ea, quæ ſupra jam dicta ſunt: Kircherus *Mund. ſubterr. l. 12. c. 5. p. 434.* In cinere, *inquit*, ſalem, in ſale, tanquam in centro, latere cujuscunque rei vegetabilis virtutem ſeminalem, jam variis in hujus operis libris oſtenſum fuit; fieri itaque poteſt, ut ⊖ ex plantis, arte non omnibus nota, (*conf.* quæ ex P. J. Fabro *Comment. ad cap. XXV.* §. *1.* dicta ſunt, & ad cap. XXVII. §. I. & ad c. XXX. §. I.) extractus, uti ſpermatica virtute herbæ pollet, ita quoque inſeparabili eidem connexa modo, dum plasmatica facultas calore tenui, & leni, in ſale, vi ſeminali excitatur, ex innato quodam appetitu, ad id formandum feratur, ad quod a natura deſtinatus fuit, vi ſalinis corpuſculis, in quibus plaſtica vis latet, in illam formam, quam ſemen poſtulat, confluentibus; atque adeo plantam exhibeant ſub ea forma, quam planta, ex qua ſal extractus fuit, ſua natura re-

 quirit.

quirit. Cujus rei experimentum in præcedentibus libris dedimus, de cineribus variarum plantarum, quarum lixivia hybernis menſibus ad congelandum expoſita in *glaciali cruſta eas plantæ formas exhibeant*, ex quarum cineribus lixivium factum fuerat.

§. 2.

Borellus *in obſerv. Medico-Phyſicis* citante D. Fridem. Bechmann. *in ſyſtemate Phyſico Gothano p. 498.* animas plantarum immortales, in ſalibus latentes, ſuſcitari denuo poſſe, & in glacie, vel aliter, ſuas formas oſtendere dixit. *Idem*, quandoque fieri *ait*, absque glacie, e ſolis ſalibus in aqua ſolutis, quandoque e lixivio congelato, id eſt in ejus ſuperficie, melius tamen in vaſe longo, ubi planta tota apparere poſſit.

§. 3.

b) Vvas) Conf. c. XI. & *ibi notata.*

§. 4.

Similem fere hiſtoriam refert *Dn. L. Chriſtoph* Helvvig. in der *curieuſen* Beſchreibung unterſchiedlicher *Medic. Chym.* und *Oeconomi*ſcher Dinge *pag. 19.* his verbis: Es hat einſten ein Freund ſal 🜿ri volat. in Ωu vini rectificatiſſimo ſolvirt / und in einem hellen Glaſe ſtehen laſſen / da hat ſichs ad latera vitri, wie ein Weinſtock mit Laub und Weintrauben angeleget / und unten auf dem Boden einen Weinberg præſentiret. *Niſi tamen magnopere fallor, hoc ipſum eſt Feburii experimentum, quod autor noſter hoc capite adduxit.*

§. 5.

Aliud experimentum jam adfuit ſupra cap. XII.

§. 6.

c) *Lavendulæ*) Hujus experimenti mentionem facit Clariſſ. D. F. V. *in Tractatu ſuo* von der *Palingeneſie* §. 11. Indem ich / ſaget dieſer Gelehrter (innuens D. Majorem) von allerhand Pflantzen die Saltze / um den Streit des Alcali und Acidi &c. zu obſerviren / unter einander mengete / und in zwey länglichte / mit Waſſer angefüllete Gläſer etwas Lavendel-Saltz gethan hatte / ſahe ich gegen Abend mit ſonderbarer Verwunderung / oben an dem Rand dieſer Gläſer gleichſam in mignature eine groſſe Menge kleiner Lavendel-Pflantzen aufgehen / und aus dem Waſſer hervor ſteigen. Des andern Morgens war ſolches noch viel angenehmer und wunderſamer anzuſehen / indem entweder / daß dieſe kleine Pflantzen aus der Lufft auf eine magnetiſche Art mehr Saltze an ſich gezogen / oder ſonſten aus einer Urſache ſie ſo ſchwer geworden / daß ſie ſich hinunter auf den Boden der Gläſer geſetzet. Ich ließ hernach aber eins meiner Gläſer gelinde und langſam warm werden / und konte 8. Tage herdurch dieſes Wunderwerck / ſo offt ich nur wolte / hervorbringen / da ward ich durch dieſe Auferſtehung und Auferweckung meiner verbrandten und aus der Aſchen gleichſam wieder lebendig werdenden Pflantzen ſo entzůcket / daß ich mir recht die ſonſt unbegreifliche Auferſtehung unſerer Leiber vorſtellete / und in meinen Chriſtlichen Gedancken / und ſolcher Entzůckung folgende 4. Verſe componirete:

En! redit ex gemino nemoroſa Lavendula vitro,
Quæ prius in terram verſa ſalemque fuit.
Pulverulenta olim ſic corpora noſtra redibunt:
Et ſalia arcanæ quid Deitatis habent.

Cap. XXVII.

AMicus (*a*) quidam, ubi Roma redierat, retulit, Cl. J. D. (*b*) Majori *de cancr. & ſerpent. petref.* §. 38. *p. m.* 30. *ſq.* (ex *eodem* habet quoque Greg. Michael. *l. a. p. m.* 250.) *vidiſſe ſe ibi in ſcriniis celebratiſſimi* Athanaſii (*c*) Kircheri *ſive caltham, ſive capillum aut umbilicum Veneris, ſive plantam aliam, ex ſale ſuo e cineribus, blandi caloris ope, in vitro facile reſuſcitatam, eamque non adhæreſcentem lateribus dicti vitri in modum ſalis cujusdam conglaciati, ſed libere ex fundo in concavo vitri ejusdem, effloreſcentem.* Meminit quoque *Nobiliſſ.* Nicol. Molckenius *nott. ad Brovvne Religionem Medici p. m.* 276.

COMMENTARIUS

AD CAP. XXVII.

§. I.

a) **A**Micus) Cl. D. F. V. *in tractatu ſuo* von der *Palingeneſie* §. *10*. hujus Amici meminit, fuiſſe eum Dominum de Monconys. Cujus hæc ſunt verba: Monſ. de Monconys *T. II. 444.* ſchreibet / daß auf ſeinen Reiſen er von dem berühmten Kirchero dieſe gar leichte / und doch ſonderliche curieuſe operation gelernet: man ſolle in einem auf hermetiſche Art zugemachten Gefäſſe den ♌um, ſo man aus dem Kraute Frauenhaar genannt / gezogen / ſamt dem Saltze / ſo man aus deſſen fecibus per calcinationem gekriegt / werffen / und man werde daraus alle Frühling in ſolchem Glaſe dieſes Kraut wachſen / und gegen den Winter wieder abnehmen ſehen.

§. 2.

§. 2.

b) Majori) adde: (*ex notis Greg. Mich. ad Gaſſarelli curioſit. inaudit. p. 250.) in epiſt. ad nobilem Sachs a Lewenheim.*

§. 3.

c) Kircheri) Greg. Michaelis *l. c.* ex D. Majoris *l. c.* ſcribit hanc eandem plantulam fuiſſe, quam Kircherus *Chriſtinæ* Reginæ Sueciæ oſtendens deſcripſiſſet *l. 12. ſ. 4. c. 5. mundi ſubterranei*, de qua vide *infra ad cap.* XXXII.

CAP. XXIIX.

D. De Ligna (*a*) Lutetiæ *peregrinum vidit, vaſa ſigillata multa, ut ea, a* Quercetano *memorata, habentem; qui quinque aſſium pretio oſtendebat in eis plantarum reſurrectiones. Erant autem vaſa aqua ſemiplena, (b)* in quibus *dum moderate calefiebant, plantarum phantaſmata cum propriis figuris, & coloribus erumpebant, utpote (c) roſæ, tulipæ &c. calore vero amoto in (d) priſtinum chaos redibant, & evaneſcebant*, apud BORELL. (*e*) *obſervat. Medico-Phyſ. Cent. 3. obſ.* 71. Simile quid obſervavit *in tulipa* Dn. FREY. *Doctor Medicus Weiſſenburgicus celeberrimus*, teſte TACKIO *in myſterio reſurrect. rerum p. m.* 45. & Roſenberg. *Rhodolog. p. 2. c. 33. p. m.* 313. ubi & hoc addit: *Et refert quidam, ſeſe in deſtillatione ſecundinæ microcoſmicæ varia hominum, (f) ſeu Iſangelorum capita paullatim emergentia, atque iterum evaneſcentia, in vitro conſpexiſſe.* Recte autem addit: *Fides ſit penes lectorem.*

COMMENTARIVS
AD CAP. XXIIX.

§. 1.

a) **D.** *De Ligna*) D. Frideman. Bechmann. *in Syſtemate Phyſico Gothano p. 498. ſeq.* refert quidem ex Borelli *obſerv. Medico-Phyſic. cent. 3. obſ. 1.* Dominum de Ligna vidiſſe in glacie roris arborem ad nucis figuram, quam & Autor noſter ſupr. cap. XXI. adduxit. Borellum vero ipſum non Dn. de Ligna Lutetiæ, quod Autor Doctori de Ligna adſcripſit, memoratas h. l. palingeneſias roſarum, tuliparum &c. vidiſſe, ait: verba ipſa ſic habent: Fuit Lutetiæ quidam habens multa vaſa ſigillata, qui quinque aſſium pretio oſtendit in eis plantarum reſurrectiones: erant autem, *inquit Borellus*, vaſa, aqua ſemiplena, in quibus, dum moderate calefiebant, plantarum phantaſmata cum propriis figuris & coloribus erumpebant, utpote roſæ, tulipæ &c. calore vero amoto in priſtinum chaos redibant, & evaneſcebant.

§. 2.

b) *In quibus, dum moderate calefiebant, plantarum &c.*) Sic ſcripſi ex *l. c.* Borelli, quem B. D. Frideman. Bechmann. *l. c.* citat: *pro:* dum autem moderate calefiebant, in iis plantarum &c.

§. 3.

c) *Vtpote roſæ*) Joh. Franciſcus Viganus *in Medulla Chymiæ p. 16.* curioſum, *ait*, ſane foret, ſi ſpiritus roſarum, aliorumque odoriferorum in talem pulverem poſſet redigi.

(*Dixe-*

(*Dixerat* enim antea, *jactare quoſdam in Germania, commune alcool vini brevi temporis ſpacio commutari poſſe in pulverem album*) Spiritus hic valde ſubtilis obtinetur per fermentationem, deſtillationem: Dum roſarum mentionem facio, non poſſum, quin adjiciam, me præterita hyeme, *roſas artificiales* confeciſſe, adeo naturæ æmulas, ut deciperent etiam ſagaciſſimos.

§. 4.

D. F. V. in ſeiner Palingeneſie p. 108. §. 15. dicit. Und der berühmte Chryſoſtomus Magnenus in ſeinem *Democrito reviviſcente* beſchreibet weitläufftig / wie eine Roſe wieder aus ihrer Aſche erwecket / und hervorgebracht werden könne / citatque ea de re Hannemanni *novam methodum cognoſc. ſimplic. Veget.* §. 30. p. 59.

§. 5.

Memini etiam mihi ann. MDCCXIV. Dominum M. Andr. Hillerum *Paſt. Croſigenſem* narrare D. Godofredo de Lanckiſch *ante annos circiter L. myſterium Palingeneſias plantarum innotuiſſe, quem 4. aut 5. vitra habuiſſe, in quibus flores e ſuis repræſentaſſe cineribus, egregieque myſterium reſurrectionis noſtræ inde illuſtraſſe, ſed adeo occultaſſe ejus præparationem, ut vel germano fratri eam docere pernegaverit.*

Dominus Baumlingerus *Paſtor eccleſiæ montis ſereni eodem anno mihi* Dominum Kirchmeierum *Prof. Eloquentiæ in Academia Wittenbergenſi circiter ante annos XXX. liquorem & cineres e roſis præparaſſe, e quibus roſæ formam conſtantem produxiſſe retulit.*

§. 6.

Et Dominus Andreas Schluter, *Paſtor Læbegünenſis,*

anno

anno 1715. narravit mihi, ſe annis abhinc novem aut decem ſuis oculis vidiſſe Ramelburgi, a Dn. D. Georg. Cunæo, celebri medico, nunc in prædio ſuo Friſdorfenſi haud procul ab Islebia degente, *ejusmodi factum experimentum.* Ipſum ſcilicet e cineribus floris cujusdam per noctem unam produxiſſe ejusdem floris figuram medio in vitro, cineribus calidis impoſito prodeuntem. *Addendum tamen alium certum pulverem cineri floris, qui id efficeret, ignotum ſibi, a Dn.* D. Hezelio *Medico Islebienſi ſibi eſſe relatum.* Confer cap. V. & VI.

§. 7.

d) *Priſtinum*) Ita ſcripſi e Borello *l. c.* pro: *primum*, quod autor noſter habebat.

§. 8.

e) BORELL.) poſt citatum autorem omiſſus erat liber: *obſervationes Medico-Phyſicæ.*

§. 9.

f) *Hominum*) Thomas Campanella *de ſenſu rerum & magia l. 4. append. ad c. 19. p. 217. ſeq.* huc quadrantia etiam refert: Dicunt, *inquiens*, Raſim & Albertum homunculos arte generaſſe. Paracelſus hoc arcanum arcanorum in ſuo primo libro de rerum *natura*, ſe a Deo accepiſſe gloriatur: Cum enim docuiſſet, putrefactionem eſſe finem transmutationum & initium generationis ex calido & humido, & res omnes putrefactione etiam attritas poſſe inſtaurari. Si enim reducantur in pulverem, & deinde claudantur in ſigillata cucurbita, & putrificetur, putrefactione ſumma ventris equini in phlegma mucilaginoſum (quod calore perpetuo proportionato ſolet fieri materia viva, ut patet in ovis gallinæ, vel cujusvis alterius rei calore fotis)

ſotis) profecto in ſua teſta clauſum iterum inſtauratur *in avem, vel colubrum, ex quo ortum habet*. Et ſic poſſunt *aves & res omnes occidi & inſtaurari;* tandem de *homine* inquit, quod ſi ſperma viri in cucurbita ſigillata putrefiat ſumma putrefactione ventris equini per 40. dies, aut tamdiu, donec incipiat vivere, & moveri, ac agitari, quod facile videri poteſt. Poſt hoc tempus aliquo modo *perſimile homini* erit, attamen pellucidum & ſine corpore. Si jam poſthæc quotidie arcano ſanguinis humani caute & prudenter nutriatur & paſcatur, & per 40. ſeptimanas in perpetuo & æquabili calore ventris equini conſervetur, fiet inde verus infans habens membra, quæ genita ex muliere, ſed erit longe minor. Mox educandus diligenter, donec adoleſcat, ſapere & intelligere incipiat. Et hoc arcanum notum eſt nymphis, ſylveſtribus, & gigantibus, qui inde exorti ſunt. Etenim fiunt homines magni & miraculoſi, qui victores, & arcanorum ſcientes ſunt, quoniam arte nati ſunt. Idcirco in eis ars prævalet. Etenim connaſcitur. Et ideo omnes ab eis diſcunt, & ipſi non ab aliis; & vocantur Sylveſtrium & nympharum liberi ob id, quod virtute ſua non hominibus ſed ſpiritibus ſunt ſimiles. Hæc ille. Reſpondeo, quod experientia me non docuit, adhuc ignoro. Aſſentior, quod *ex putrefactis fiunt omnia*, ſed aſſiſtente virtute exteriori. Non enim inſenſata philoſophorum elementa, neque noſtra ſenſata, quæ ſui modo multiplicationem curant, animalia & plantas facere norunt absque artifice, ſicut nec clavem malleus, ignis & incus, & lima absque fabro. Item facile creditu eſt, quod ex ſui corruptione fiant ejusdem rei generationes. Nam *raphani minutiæ in raphanos ſatæ* convertuntur. Igitur ex ſerpentibus, aut avibus pulveriſatis, aut maceratis, & in phleg-

ma redactis iterum ſpiritu vitæ educto fieri plantas & ſerpentes, non eosdem numero, non inficiabimur. Sed quoniam nec ex bobus boves, ſed apes; nec ex leonibus putreſcentibus leunculos, ſed vermes fieri videmus; nec ex hominibus niſi vermes & colubros; profecto dubitandum eſt valde de iſta hominis generatione, & non ex muliere. Nam etſi vulvæ (*utero*) conſimile vas adornant, in quo fiat putrefactio propriorum absque miſtura alienorum, quæ fit in putrefactis extra vaſa cœli & terræ, & aeris & aquæ, injuriam patientibus; & ſemen humanum etiam adducat Paracelſus, alii vero hominem *in fruſta diſſectum, poſitumque in vaſe putrefactorio, quod de ſe curaſſe fieri fabulantur Marchionem Villenæ;* (*conf.* §. *13.*) *nihilominus tantum* opificium committere vaſculo artificiato & ſpiritibus ex putredine genitis non audeo. Spiritus enim muliebris, quaſi incubans inceſſanter ſemini, ſubminiſtrat vitalem vim, & ſui ideam, & multo tempore: quæ præſtare ſpiritus ille in vaſis, non vivificatus a fœmina tanto tempore non poteſt; ſicuti in his, quæ modico tempore fiunt, accidit. At revera in occiſis ordo rerum videtur obſtare, non patiens regreſſum a privatione ad habitum. In ſpermate, ubi vis ſeminalis & ſpiritus ſeminalis ineſt, obſtat imbecillitas a non vivifico vaſe, qualis eſt vulva, (*uterus*) non aucta active, ſed idealiter, uti oportebat. Negare tamen non audeo. Vbi enim eſt quid ſimile vulvæ, (*utero*) & intelligentia, ſi fiat humanum corpus, Deus non negat infundere mentem. Si Deus non revelat, ego taceo. Fabula de *recreato Jaſonis patre* apud Ovidium vana eſt. Non enim inſtauratio ſanguinis & ſpiritus, niſi & ſolidum inſtauretur & conjunctim, præcipue autem Jecur, reficere poteſt animal, ex quo ſpiritus & ſanguis exhauſti ſint. Vid. *medic. l. 2.*

l. 2. Sed quod addit Paracelſus, ex artificioſis natos eſſe Gigantas & nymphas, falſum eſt. Nam primi abſque arte humana orti eſſe debent. Illos vero artem ad hominum generationem, & non naturam adhibuiſſe incertum, falſumque videtur: Niſi intelligentiæ executrices providentiæ Dei hac arte in regione aliqua uſæ fuerint: ut Deus in formatione Adæ. Quod eſt incertum. Præterea falſum reputo, quod arte geniti ſint prudentiores, quam natura geniti & doctores iſtorum. Sapientior enim natura eſt ſupra artem. Imo hæc eſt diſcipula ejus. Nec diſcipula plus dare poteſt virtutis. Semen enim eſt deciſio omnium cauſarum proximarum ad faciendum aliud numero ENS ſub intelligentiæ ductu. Ars autem ſuper hoc, neſcio quid, dabit. Vnde S. Thomas negat, poſſe *ab arte fieri aurum melius* naturali. Aſſerit *Aegidius*, quoniam ars perficit naturam, ſed fallitur. Perficit enim, quod natura non bene adhuc elaboratum fecit: vel naturam juvat ad opus ſuum: ſicut agricola ad fruges & flores; & Medicus ad ſanitatem ipſam juvat. Non tamen poteſt dare alas, & volatum homini, quales dat natura avibus, licet in triremibus imitetur *Argus*; & in alis ex parte *Dædalus*.

§. 10.

Johannes Kunckelius *in philoſophia chemica experimentis confirmata p. 304. ſq.* cum Theſin quandam propoſuiſſet: *Homo ſecreta ratione in vitro vel ampulla Chimica fabricatus, eſt non Ens.* Mox reſpondet ipſe. De hoc ſententiam meam, quia non intelligo, ſuſpendam. Hæc Kunckelius.

§. 11.

Sed valde miror, cur & Campanella & Kunckelio, opti-

mis Philoſophis, res adhuc viſa ſit in medio relinquenda, cum tamen conſtet, ex ſemine Gallinaceo nunquam proditurum pullum, niſi immixtum ovulo Gallinæ. Quis autem neſcit ovuli fere eandem rationem eſſe ex muliebri ovario imprægnati, ac ovuli Gallinæ, vaccæ, ſuis &c. Non igitur ſolo ex ſemine maris ſine ovulo muliebri infans naſci poteſt, nedum extra uterum. Autor *tamen* der *curieuſen* Unterſuchung etlicher Mineralien ꝛc. *§. 43.* Theophraſtus Paracelſus, *inquit*, hat mit Hülffe dieſes menſtrui ex Biſmutho [*de quo vide ſupra not.* ad c. XX. n. 26.] & ſemine maſculino ſeinen homunculum produciret. Hæc ille. *Sed credat Judæus apella, ne dicam de inſigni rei tentandæ impietate.*

§. 12.

Ne vero Paracelſum prorſus fruſtra dixiſſe id putes, addam judicium Eugenii Philalethæ, de ipſo quod in translatione germanica magiæ Adamicæ p. 141. tulit:

Hier will ich ohne Partheyligkeit von dem Edlen von Hohenheim ein Urtheil geben. Ich finde in ſeinen letzten Schrifften / inſonderheit / da er auf den Stein der Weiſen kommt / einen Hauffen falſcher Proceſſe / insgemein aber iſt ſeine Lehre gantz geſund. Die Urſach iſt / er war in ſeinem Eiffer vor die Gerechtigkeit etwas hoffärtig / und hat an vielen Orten mit Fleiß geirret / nicht achtend / was vor einen Braten er den Schulgelehrten vorſetzete / denn er war ein geübter Jäger / und machte ſich zuweilen ſelber eine Luſt.

§. 13.

Optime D. J. Joach. Beccherus in Philoſophia oder Seelen-Weißheit num. 136. p. 253. hanc rem, & Paracelſi homunculum explicat, quando dicit: Die Alten haben von

von dem Vogel *Phœnix* gedichtet/ daß er in ſeinem Alter ſich ein Neſt baue von Nägelein und Zimmet/ ſich darauf ſetze/ und an einem heiſſen Ort von der Sonnen ſich anzünden laſſe/ und zu Aſchen verbrenne/ woraus hernach wiederum ein junger Vogel wachſe. Weiter ſo erzehlet man eine Fabel von einem *Philoſopho*, (conf. *ſupra* §. 9. *de Marchione Villenæ*) welcher/ als er alt worden/ habe er ſeinem Diener befohlen/ er ſoll ihn todt ſchmeiſſen/ in Stücke zerhauen/ das Blut und Fleiſch in ein deſtillir-Zeug thun/ eine Eſſenz daraus deſtilliren/ dieſelbige in ein Glaß thun/ ſolches hermetice ſigilliren/ und eine Zeitlang in die Digeſtion ſetzen/ ſo werde ein kleines Kind darinnen wachſen/ gantz ſchön und vollkommen/ welches er alsdenn mit Milch ſpeiſen/ und ſo aufziehen ſoll; Da habe zwar der Diener ſolches gethan; Als er aber aus curioſität nach dreyßig Tagen in das Glaß geſchauet/ und darinnen ein Kindlein erblicket/ von wunderbarer Schöne und Klarheit/ ſey er darüber alſo erſchrocken/ daß er das Glaß aus den Händen auf den Boden fallen laſſen/ und dergeſtalt das Kindlein zerſchmiſſen. Schier dergleichen Fabel iſt des Theophraſti Paracelſi Homuncio. = = = = Wilt du aber wiſſen/ wie der Menſch ſich wieder verjüngern könne/ und was der rechte HOMVNCIO Paracelſi ſey/ ſo gehe hin/ heyrathe ein Weib/ und zeuge Kinder/ ſo wird dein Geſchlecht in den Kindern fortgeſetzet. So hält ſich die Natur/ ſie wirfft von den Bäumen und Blumen den Saamen in die Erde/ daraus werden friſche Pflantzen/ unterdeſſen verdorret der alte Baum/ und ſtirbt die Blume ab; gleichwie es nun ein allgemeines Geſetz iſt/ ſterben/ ſo iſt es auch ein fundamental-Geſetz in der Natur/ zeugen. Hæc ille.

§. 14.

Dicam tamen, quid ſub fabula *Phœnicis* aromatibus ſe comburentis lateat: Senum nempe, præcipue in calido loco viventium naturam aromatibus confortari. Contra contumaciſſimam vertiginem a Deo revelatus eſt paucis abhinc annis uſus *Caryophyllatæ* radicis in decocto vini, cum ſumma Euphoria cuidam V. D. Miniſtro. Inſigne eſt Helmontii remedium confortativum ex ⊖e, & oleo *Cinnamomi*. Quid etiam auxilii vel in agone conſtitutis ægris afferat verus ille ac genuinus *pulvis* ☉*ris*, quem vulgo das Zelliſche Gold-Pulver vocant, pauciſſimis notus, e ſole, *oleo cinnamomi*, aliisque ingredientibus conſtans, ut fere e morte eos eripiat, ipſemet aliquoties non ſine ſumma vidi admiratione. Eadem de fabula locum Rob. Boylæi ſupra habes in notatis ad cap. XI. §. 56.

§. 15.

Arnoldus Bachimius Denſtonius *in Panſophia Enchiretica n. 188. p. 148.* ſi proportio, inquit, poſſet inveniri particularum bovis, aut alterius perfecti animalis ſine præexiſtente ſemine, æque bos naſci poſſet, ac naſcitur ex utero vaccæ. Imo *homo*, quoad animalitatem, & figuram extrinſecam tantum, non vero, quoad intellectualitatem, ſic, quod poſſit naſci, non video impoſſibile: Quia omnia tantum, accidentaliter & quidem Geometricis tantum figuris diſtinguuntur. Sed difficultas magna ſimilem proportionem inveniendi; ideo Deus per ſemen & traducem animam perfecta animalia voluit generari.

§. 16.

Hominum capita in deſtillatione quod attinet, de quibus autor agit, ſimile quid D. J. Dan. Horſtius *in compendio phyſicæ*

ſicæ Hippocrateæ diſſ. VI. §. 4. p. 40. ſeqq. refert: Rob. Fludd ſceleton humanum (vidit) in oſſium humanorum deſtillatione. Conf. ſupra ad cap. XXII. §. 3.

§. 17.

Figuras viperarum in earundem deſtillatione apparentes non prorſus negat Joh. Franciſc. Viganus *in medulla chymiæ p. 39. cum:* colligantur, *inquit*, viperæ, ſecundum antiquorum leges occiſæ, decoriatæ, & exſiccatæ, per retortam vitream deſtillentur, cui orificium ſit ſatis amplum, adaptetur recipiens, & ignis tractetur ſecundum artis regulas, cum ſpiritu & oleo aſcendit ⊖ volatile, recipienti adhærens, SED NON IN FIGVRA VIPERARVM, *Niſi* NB. *imaginationi & phantaſiæ indulgemus; &c.*

§. 18.

Ex vitrioli deſtillatione prodiiſſe ingentem colubrum ſive ſerpentem, ſupra ad cap. VIII. §. 2. *notatum eſt.*

Cap. XXIX.

EX dictis apparet, diverſimode tentari reſurrectionem plantarum artificialem. Kircherus quidem *de Magnet. l. 3. p. 3. c. 4. p. m.* 581. promittit, (*a*) *ſe alibi tractaturum, an, & qua arte ſeu magiſterio hæc palingeneſis fieri debeat:* Et præſtitit *in Mundo ſubterraneo locis ſupra* (*b*) *citatis.* Philipp. Mullerus *in mirac. chim. l. 4. c. 4. p. m. 91.* modum quendam docet, *ubi in vitro apparet, quaſi per halitum, forma herbæ iſtius, ex qua eſſentiam illam elicere intendunt.* *Excell.* J. D. Horſt. *in Epiſt. med. decad. p. m.* 59. ait: *Scripſi, quod inſtar* (*c*) *ſalis C. C. volatilis, ſal volatile abſinthii aliquo modo plantam*

exhi-

exhibere videatur, ſi nempe ſummitatibus abſinthii, ſole leonem ingreſſo, aqua eliciatur, *eaque rectificetur, mellea vero reſidua pars poſtmodum modeſto igne cinerum propellatur, atque ſal volatile ſub idea* (*d*) *abſinthii ad vas recipiens evocetur.* Idem *ibid. p. 60.* citat quoque Cl. D. Lunckerum ſcribentem: *Plantarum formas in* (*e*) *cineribus aſſervari, atque ex iisdem reſuſcitari poſſe, his oculis vidi, illud Romæ apud ingenioſiſſimum P. Jeſuit:* Athan. Kircherum; *hoc apud Celeb. Medicum* Rodogerum Timplerum, *quos propter omnivariam experientiam multum ſemper veneratus fui.* Et *Epiſt. 4. ad* Benjam. Muſſaphium, *p. m.* 32. inquit. *Si rubicundam* (*f*) *abſinthii eſſentiam per cineres deſtilles, in alembico videbis ideam abſinthii.* Petrus Servius *tr. de Nat. & Art. Mir. conſpexit roſam ex cineribus uſtis ſolerti* (*g*) *& ingenioſo artificio excultis & elaboratis 24. horis natam, adultam, perfectamque apud* Th. Barthol. *Vol. 1. Act. Hafn. n. 42. p. m.* 79. ubi addit: *Ipſe* Borrichius *ex recentisſimis* (*h*) *cupresſi cymis cinerem paravit, & ex illo ſalem, quem vitro excepit, cui aliquot poſt menſibus nonnihil phlegmatis vitrioli admiſcuit, ut figuras ſalis cupresſini, quæ ab acido promtius colliguntur, ediſceret. Iterum, exacto pæne menſe, dum vitrum ſolicitius intuetur, obſervat latera ejus interiora infinitis chamæcyparisſi figuris diſtincta, pæne autem in medio vaſe erigi unam arbuſculam digiti minoris altitudine, albam illam quidem, ſed ſantolinæ per omnia ſimilem, quam, ut robuſtioris texturæ, & non intractabilem multis quotidie Paraſiis curioſis oſtendit.* Additque: Apud *laudatum* Borrichium *vidi ex ſale ſerpilli cum antimonio in collo retortæ figuram elegantisſimam arbuſculi non abſimilem caulis ſerpilli.*

COMMENTARIUS
AD CAP. XXIX.

§. 1.

a) PRomittit) *Verba* Kircheri *hæc ſunt*: Planta ex cineribus

ribus utrum fieri poſſit? & qua arte ſeu magiſterio id fieri poſſit & debeat, alibi, volente Deo, trademus. Miſit non ita pridem ad me illuſtriſſimus Dominus BERNARDUS *S. R. I. Comes de Martiniz, Cæſ. Maj. a cubiculis*, pro incredibili, quo erga omnes bonas artes, earumque alumnos fertur, affectu, ſimile quoddam ſecretum, cujus cum necdum experimentum ſumſerim, idque ſub promiſſo ſilentio communicatum ſit, conſulto prætereo.

§. 2.

b) Supra citatis) nempe *cap. 2. & 22.* ubi autor Kircheri *mundum ſubterran. l. XII. ſect. 3. c. 4. & ſect. 5. p. 1. c. 6. & de magnete p. 628. & l. 3. de magnet. p. 5. c. 3. p. 333. & mund. ſubterr. l. 7. ſ. 2. c. 5. Exp. 2. fol. 363.* allegat.

§. 3.

c) Inſtar ſalis C. C.) Horſtius *in comp. phyſ. Hippocr. diſſert. VI. c. 4. p. 40. ſq.* ait. Deſtillatio cornu cervi, cornua repræſentat.

§. 4.

Cui aſſentitur D. J. Joach. Beccherus *in Phyſ. ſubterr. l. I. ſect. III. cap. 4.* ſal volatile ex cornu cervi, ideam ſuam luculentiſſime exhibere, aſſerens.

§. 5.

Eandem fere cornuum cervi ſpeciem repræſentant corallia, ut ſupra *ad Cap.* XXI. §. 73. ex *Marc. Frid.* Roſencreuzers Aſtronom. infer. oſtenſum eſt.

§. 6.

d) Sub idea abſinthii) E lixiviis abſinthii efflorēſcere imagines, ſimiles abrotano, levi manu in germina, brancam urſam mentientia, mutandas, refert D. J. Tob.

Major *in Epiſt. ad Nobilem Sachs a Lewenheimb de cancris petrefactis. p. 31.*

§. 7.

e) In cineribus) *Hujus rei inſigne experimentum refert* Cl. D. F. V. in ſeiner *Palingeneſie, §. 5. p. 6. quando ait:* was die Palingeneſie der Pflantzen an und vor ſich betrifft / ſo hat man zwar vor dieſem lange in Zweiffel geſtanden / daß ſelbige müglich ſey; allein nachdem man nunmehro experimenta davon hat / kan dißfalls kein Zweiffel mehr übrig ſeyn. In Engeland hat der Herr Coxes gar rare und ſonderbare Proben davon abgeleget / indem er einen Hauffen Farrenkraut verbrennen laſſen / aus deren Aſche er hernach eine gute quantität Saltzes gezogen / ſolches diſſolviret / und mit dem Reſt der Laugen in ein groß gläſernes Gefäß gethan; nachdem ſelbige darinn 5. oder 6. Wochen geſtanden / hat ſich ein groſſes Theil Saltzes / ſo bräunlich geworden / auf den Grund geſetzet / das übrige aber ſo in der Höhe geblieben / iſt gantz weiß geweſen / und auf der ſurface (ſuperficie) dieſes Saltzes hat man darauf eine Menge Farrenkraut aufgehen ſehen / und deutlich erkennen können.

§. 8.

Paullo aliter habet Cl. Eraſmus Franciſci in der letzten Rechenſchafft jeglicher und aller Menſchen / in dem 31. Bedencken *p. 817. ſeq.* Der Engländer M. Coxes beglaubt in dem Engliſchen Journal, ſo in dem Frantzöſiſchen von anno 1675. angezogen wird / er habe von dem Farren-Kraut eine ziemliche quantität Saltzes heraus gezogen / und einen Theil davon an feuchter Lufft aufgelöſet / hernach trucknen laſſen / und den Reſt der Laugen durchgeſeuget: welcher darauf blutroth worden: Dieſe *ſolution* habe er in eine groſſe gläſerne Pfläſchen gethan / darinn dieſelbe 5. oder 6. Wochen geſtanden / bis endlich ein groſſer Theil des Sal-

tzes auf den Grund gefallen / und ſich gantz angebräunet/ da hingegen das andere in der Höhe weiß geweſen. Aus ſelbigem Saltze ſey folgends eine groſſe Anzahl ſubtilen Farrenkrauts entſproſſen.

§. 9.

Aliud ejusdem Domini Coxis experimentum, abietes, pinosque repræſentans, ſupra ad cap. XXI. allegatum eſt.

§. 10.

Quæ dum meditor, memoria mihi ſuppeditat, quæ paucis abhinc annis mihi contigerint in Tinctura ♁nii, quam *e cineribus clavellatis & ♁nio* confectam Spiritu frumenti rectificatiſſimo extraxeram; ſcilicet tinctura per filtrum a materia curate ſeparata, eaque ad uſum ſervata, poſt anni circiter ſpacium, hyemis tempore, ea relicta in conclavi non calefacto, vidi eam præcipitaſſe multas oblongas albas particulas, ad amuſſim repræſentantes *folia abiegna*, a matre quaſi, hoc eſt, abiete arbore, delapſa. Cineres autem clavellatos ex abietibus, pinis, pinaſtris combuſtis originem ſuam trahere tam notum eſt, quam quod notiſſimum.

§. 11.

f) *Si rubicundam abſinthii*) Eadem ab autore citatus Horſtius habet, *iisdemque verbis in compendio phyſicæ Hippocrateæ Diſſ. VI.* §. *4. p. 40. ſqq.*

§. 12.

g) *Tamen, & ingenioſo artificio excultis*) hæc verba vel ipſi autori, vel, quod magis arridet, Typographo exciderant, quæ addidi, non quidem ex ipſo *Servio*, quem ſua lingua loquentem non habeo, ſed ex *Autore noſtro*, eadem *Servii* verba ſupra *cap. II.* citante.

§. 13.

b) Cupreſſi) Duplex datur inter Botanicos Cupreſſus, quarum una eſt *arbor*, conos, quos nuces vocant Pharmacopoli, habens: altera, *herba*, cinereo colore incedens, dicta ab Hortulanis Cypreſſen / ut mihi videtur, *Abrotanum fœmina* Matthioli, Lobelii, & officinar., teretibus foliis C. Bauhini *Cupreſſus herba*, & *Santonicum minus* Cordi, *Chamæcypariſſus* Tragi, Loniceri, *ſantalica altera* Dodonæi, *abſinthium marinum* Tabernæ montani. Stabwurtz-weiblein / Cypreſſe / Cypreſſenkraut / Cypreſſenwurtz / Stabwurtz / Garten-Cypreß / vid. *Herbarium* Pancorio-Zornianum *p. 2. ejusd.* figuram *in parte priori num. 1070.* Quarum poſterior procul dubio eſt ea, quam autor e *Borrichio* indicare voluit.

§. 14.

Meminit & Ath. Kircherus ejusmodi experimenti, (cujus & ſupra ad c. XXI. a D. Joh. Andr. Schmidio facta eſt mentio) *in libro de arte magnetica l. 3. part. 3. p. 584.* his verbis: Hoc inter cætera etiam mirabile prorſus comperi, arboris *cypreſſi* ad inſtar in vitro productionem. Ita autem faciunt Chymici Mercurium præcipitatum per amalgamationes intra tres aut quatuor menſes, forti igne adhibito, dum conficiunt, inveniunt totam materiam, in ipſo vitro, in pulcras quasdam *excreſcentias*, *cypreſſi inſtar* excreſcere, quas ita foliatas, non ſine intuentium admiratione ſpectandas proponunt.

§. 15.

Eademque citat ex eo P. Gaſp. Schottus in *Phyſica curioſa p. 1353.*

CAP.

Cap. XXX.

PRoceſſum hujus artificii exhibere conatur Harsdörffer *tom. 2. recreat. mathem. part. 9. q. 26. beneficio potiſſimum ſalis philoſophici ex aqua roris majalis.* Confirmat hoc Franciſc. Osvvald Grembs *arbor. integr. & ruin. hom. l. 3. n. 105.* inquiens: *Cum aqua roris majalis paratur (a) Sal philoſophicum tali modo: Primo, paretur ſal cujuscunque plantæ fixum & volatile, item ſpiritus, & phlegma, ſolve & coagula, ſuperfuſa aqua (b) roris majalis in vaſe idoneo optime clauſo, herba in illa aqua, mediante calore cinerum, vel calore noſtro ſpirituali, explicatisſime repræſentabitur, ſed confeſtim ſuperveniente frigore evaneſcet.* Alius eſt e rore majali modus, quem habet auctor *Tumuli paupertatis* (Gallice & Germ. proſtat) qui ſemet vocat *incognitum*; eum latine reddidit CL. TACKIVS *l. c. p. m.* 48. ita: *Collige rorem majalem ſup. frumentis, ſi fieri poteſt, & illius pone menſuras duas in cucurbita vitrea, deſtilla in B. M. ad ſiccitatem, omnibus bene lutatis juncturis: poſtea injice illam aquam deſtillatam in matracium, cum decem aut duodecim generis ſeminum florum. Obtura bene, & expone per duos menſes radiis lunæ, relinquendo per ſingulas noctes, amovendo vero quolibet mane ante ſolis ortum. Poſtea totam aquam cum ſeminibus mitte in cucurbitam, junge recipiens diaphanum & clarum, & omnibus bene & exacte obturatis, ad deſtillandum ad ſiccitatem radiis ſolis expone. Tum obtura recipiens, & videbis apparere flores ſeminum, quæ ſumſiſti.*

COMMENTARIVS

AD CAP. XXX.

§. I.

a) SAl *philoſophicum*) Modum ſecretum e *vegetabilibus* ex-

extrahendi *ſal* habet Ath. Kircherus *mund. ſubterr. Tom. 1. l. 6. c. 1. p. 324.* Herba, *inquiens*, recens, & adhuc turgida ſucco deſtilletur, ſeparata aqua, reliqua vaſe clauſo in cinerem per ignem redigantur: huic vero cineri purificato, propria aqua paulo ante ſepoſita reſtituatur, commiſtusque liquor, in fumo ſeu balneo per aliquot dies digeratur: digeſtus hoc pacto, cauteque exemptus, usque ad mellis conſiſtentiam diſtilletur, ſuccus deinde in vitream effuſus concham paulatim coagulatur. Hoc modo pleroſque ex chimicis melioribus operari vidi.

§. 2.

b) Roris) Quæ vox autori exciderat.

Cap. XXXI.

GVido Broſſenſis, (*a*) *Regius quondam Pariſiis Botano-Chemicus, plantæ alicujus aquam, ſalem & ſpiritum requirit, iisque commiſtis, & terræ mandatis, debitoque calore fotis, revocari* ſcribit *formam plantæ in illis partibus ſopitam & latitantem, denuoque vegetiorem & elegantiorem creſcere ac germinare, referente Celeberr.* Henr. Meibomio *in Epiſt. ad Spizel. corpus glorioſ.* Alius eſt modus, quem meminit BORELLVS *C. 2. obſ.* 21. ſcribens; *Alii e plantæ principiis ſeparatis aliam ſimilem plantam, a qua eductæ fuerant in liquore quodam realiter producunt intra parvum tempus, ſine terra, cujus rei teſtis eſt oculatus* Stephanus BRESSIANVS *Gratianopolitanus Medicus, Chimicus peritisſimus.*

COMMENTARIVS
AD CAP. XXXI.

§. 1.

a) G*Vido Broſſenſis)* Hujus Guidonis Broſſenſis ſive Prosſenſis

ſenſis meminit fere iisdem verbis D. J. Dan. Horſtius *in Comp. phyſ. Hippocr. diſſ. VI. §. 4. p. 40. ſq.* cujus verba integra vide *ſupra in notatis ad cap. XXII. §. 3.*

Cap. XXXII.

SUum producendi modum proponit *Illuſtriſſ.* DYGBI (*a*) *de plantarum vegetat. p. m. 78. ſeqq.* ita: *Inſignem urticarum quantitatem, radices ſcilicet, caules, folia, & flores, uno verbo, totam plantam prius calcinabam. Ex hisce cineribus cum aqua pura conficiebam lixivium, quod filtrando ab omni terreſtri materia depurgabam. Hoc lixivium debito anni tempore, ut a frigore conſtringi poſſet, a me expoſitum erat. Totum perficiebam opus in hac eadem domo. Eas calcinabam in pulcro & amplo laboratorio: Et exponebam lixivium congelandum in feneſtra meæ bibliothecæ.* Hans Hunneades *Hungarus, erat meus operator.* Et certo certius eſt, quod, poſtquam aqua frigore congelatarum *magna abundantia appareret. Non habebant quidem colorem urticarum, nec viriditas eas comitabatur, ſed erant albæ. Nihilominus nulla ratione ullus pictor faſciculum urticarum exactius delineare poteſt, quam illæ in aqua deſignatæ erant. Quam primum autem aqua liquefacta erat, omnes hæ ideales formæ evaneſcebant; quam primum vero aqua frigore rurſum conſtricta fuerat, illico de novo apparebant. Atque hunc naturæ luſum ſæpiuſcule, & diverſis temporibus in iis obſervabam, adducebamque Doctorem* Majernum, *eas ut videret, qui, ſi recte memini, non minori, quam egomet, lætitia inde afficiebatur.*

Cap. XXXIII.

IDem *ibid. p. m. 80. ſq.* ratiocinatur circa hanc rem ita: *Quænam hujus phænomeni potuit eſſe cauſa? Nulla eſt dubitatio, quin maxima pars eſſentialis ſubſtantiæ conſiſtat in ſuo fixo ſale. Hic nullo modo in aliam naturam mutari poteſt;*

verum

*" verum ſemper ſatur erit qualitatum, ac virtutum hujus plan-
" tæ, a qua derivatus eſt. Sed præ inopia volatilis ſalis ar-
" moniaci, & ſulphurearum partium colore deprivatus eſt. Si
" omnes eſſentiales partes in earum ſeparatione, ac purificatio-
" ne conſervari poſſent, nullus dubito, quin, ſi ipſæ reuniren-
" tur, integra planta in ſua completa perfectione appareret, ſi
" aptum huic unioni medium inveniri poſſet.*

COMMENTARIVS

AD CAP. XXXII. & XXXIII.

§. I.

a) D*ygbi*) Adde Sturmium *in Collegio Phyſico experimentali MSto P. I. cap. III. Experim. 5.* qui Dygbæi *experimentum hoc modo explicat:* Experimentum *de ratione exhibendi figuras plantarum in glaciei ſuperficie:* Famoſum hoc eſt, & apud ſcriptores rerum naturalium magnopere laudatum experimentum, quod, ne alios allegemus, ita ferme adminiſtrandum proponit Dygbæus *diſſertatione de plantarum vegetatione p. 78. ſeqq.* Inſignem urticarum quantitatem &c. Hactenus Dygbi; qui paulo poſt rationem hujus Phænomeni reddit *p. 81.* nullam eſſe dubitationem, quin maxima pars eſſentialis ſubſtantiæ conſiſtat in ſuo fixo 🜔e. Hunc nullo modo in aliam naturam mutari poſſe, verum ſemper plantæ hujus, a qua derivatus ſit, qualitatum ac virtutum ſaturum eſſe præ inopia volatilis 🜔is armoniaci, & 🜍rearum partium colore privatum eſſe. Nos eodem ordine experimentum hoc ſuſcepimus, neque infeliciter, quod *abundantia figurarum* a Dygbæo laudatarum ſatis indicabat. Cur vero nihilominus non παλιγγενεσίαν

plantæ,

plantæ, ſed aliud quippiam ſubeſſe opinemur, rationes noſtræ ſunt: 1) quia eædem figuræ in lixiviis, plantarum figura plane diſparium, ſe exhibent. Ergo nec figuræ iſtæ urticis ſimiles ſimpliciter ab urticis prodierunt. Imo 2) in lixiviis omnibus tales figuras videre eſt: Generalem quidem rationem ſubeſſe oportebit, a ⊖e lixivioſo petendam, non a ſale in ſpecie hujus, vel illius plantæ. 3) In concreta urina eædem figuræ videntur, quod fit ob ⊖is copiam. 4) ſtellæ non minus in lixivio urticarum, quam in urina ſe produnt. Communis ergo utrinque erit ratio, ⊖is ſcilicet præſentia. Agnoſcamus ergo *figuras urticarum* in glacie ſeſe conſpiciendas offerre, ſed, nonniſi per accidens; ſed potius, tanquam commune ſpectaculum omnium lixiviorum congelatorum, non autem tanquam ſpeciale aliquod lixivium urticarum. Nosque porro non dubitamus, effectum longe ſimillimum proditurum in lixivio e *filice* præparato, adeo ut filix etiam in glacie, quaſi repræſentata dici poſſit, ſed iterum ex generali natura lixivii, non ſpeciali filicis, cum in figuris glacialibus figuræ filiciformes frequentiſſime oſtendantur.

§. 2.

Ejusmodi experimentum de urticis invenies etiam apud Athan. Kircherum *T. II. mundi ſubterr. l. 8. c. 8. p. 27.* Accipe quamcunque herbam, potiſſimum eam, quæ multiplici fibrarum ductu pollet, nos urtica uti ſolemus, hanc in *cinerem redige in olla quam optime lutata*, deinde incineratione peracta, cineribus aquam ſuperaffundito, fietque lixivium, quod in catinum effuſum nocti hybernæ expoſitum relinque, donec tenuem in ſuperficie glaciem contrahat, & videbis cum admiratione glaciem ita exacte *folia urticæ* exhibere, ac ſi impreſſa fuiſſent.

§. 3.

P. Gaſp. Schottus *in Phyſica curioſa P. I. p. 1354.* id e Kirchero repetens, *addit:* Si vero hanc glacialem effigiem penitius tubulo ſmicroſcopico examinaris, videbis omnia puncta, & radios quosdam, jam plures, modo pauciores, rudi quadam ichnographia ad fabricanda corpora polygona evolvi, ea vero, quæ vaſis lateribus adhærent, ut plurimum quadratas teſſeras exprimere.

§. 4.

De Quercetano (Conf. *ſupra cap. VII.*) ſcribit LIBAVIVS *Syntagmate Arcanorum Chymicorum l. 5. c. 15.* collegiſſe illum aliquando ſalem ex combuſta urtica, transcolatione aquæ per cineres; & dilutum iſtud, ſeu lixivium nocturno gelu concretum plantam exhibuiſſe ipſam, cujus tamen priorem ſenſibilemque formam deſtruxerat ignis. cit. Gaſp. Schotto *in Phyſica curioſa P. I. p. 1354. ſq.*

Cap. XXXIV.

EVndem modum Dygbæanum allegat, laudatque TACKIVS *in myſter. reſurr. rer. p. m. 42.* additque: *Idem tentavit Francofurti ad Mœnum* Dn. D. Kornmannus, *curioſus, ſolersque naturæ indagator, amicus meus dilectus, quod feliciter perfecit, comprobante adhuc veritatem rei ipſo* Dn. D. Sebaſtiano Scheffero, *Phyſico Francofurtenſi Ordinario, amico meo ſincerisſimo, aliisque ſimul inſpectantibus. Aliter vero ille, ac* Dn. Dygbæus *procesſit: Accepit* nempe *plantaginem, ut & flores tiliæ, & ab unaquaque ſeorſim ſine additione aquæ, per cucurbitam, ſuperimpoſito alembico, evocavit per deſtillationem in Balneo aquam, hanc affudit novæ plantagini, & hunc proceſſum aliquoties repetiit. Aquam ſic per reiteratas*

tas deſtillationes virtute herbæ imprægnatam, & in vitro probe munitam expoſuit hyberno frigori, ante feneſtram, ut in glaciem concreſceret, quo facto, innumera folia plantaginis, & flores tiliæ apparuere, ſed ſine colore, procul dubio, ob defectum ſalis fixi & olei: ubi notandum, quod aqua illa, quæ repræſentavit herbam, multo clarior exſtiterit illa, quæ nihil repræſentavit.

Cap. XXXV.

V*Arios modos refert quoque* Henr. Meibomius *loco ſæpius citato,* interque eos ſequentem: *Inter remedia, quæ ex* Sereniſſimi Ducis Mantuani FERDINANDI *Chirographo produxit* Joh. Bapt. Spontonus, *recenſetur modus, quo ſemen cujuscunque herbæ pulveriſatum rori exponitur, mox rori deſtillato, & ſali ſuo fixato miſcetur, vitreoque vaſi includitur, & certo tempore digeritur, quod dein radiis ſolis, aut cineribus calidis admotum floris ideam manifeſtat.* Similem fere modum inveni in chartulis meis, quas olim in Academiis conſcripſi ex variorum communicatione. Eſt autem hic vernaculis verbis: *Arcanum naturæ,* Allerley Kräuter und Blu-„
men in einem Glaſe/ ſo wohl im Winter/ als Sommer„
zu zeigen/ von dem berühmten Terentio, dem Ertz-Her-„
zoge Maximiliano, gegen genugſame Verehrung geöff-„
net. Recip. Saamen/ welcher- und wievielerley du wilſt/„
der ſchön zeitig/ und bey hellem Wetter geſammlet wor-„
den ad ℔. IV. thu denſelben in eine rechte Glaß-Kolben/„
ſo ohngefehr nach Beſchaffenheit der Blumen in der Hö-„
he eines Armes lang/ und das Mund-Loch eines Dau-„
mens weit iſt/ damit man es verſiegeln kan. Den Saa-„
men alſo drinne verwahret/ und im Majo eben wahr ge-„
nommen/ wann ein ſchöner Thau fallen wird/ ſo ſetze„
den zerquetſchten Saamen in unterſchiedliche ſteinerne„
flache Pixen/ (damit der Saame nicht zu dicke auf ein-„
ander liege/) ſo/ daß der Thau mit Menge auf den Saa-„

„men falle / denſelben feuchte / und ihm ſeine Nahr-Krafft „zueigne. Unterdeſſen ſolt du reine Tücher auf Pfäle „ſpannen / darinnen ſich der Thau ſammle / daß man ihn „ausringen kan. Sammle deſſen 8. Maß zu ♄. IV. Saa„men. Der Saame aber muß vor der Sonnen-Aufgang „wieder in ſein Glaß gethan werden / ſonſt verdirbt er. „Den in Tücher geſammleten Thau muſt du fleißig filtri„ren / und in M. B. deſtilliren / bis er keine Feces mehr hin„ter ſich läſt. Die Feces calcinire / die geben ein ſchwartz „Saltz / welches auch unter das deſtillirte Waſſer gehört: „Dieſer geſaltzene Thau wird auf den Saamen / ſo ange„feuchtet worden / wie oben gemeldt / auch gegoſſen / daß „es drey zwerg Finger hoch drüber gehe: Denn das Glaß „hermetice verſiegelt / alsdann in einen feuchten warmen „Ort oder Roß-Miſt geſetzt / und vergraben zwey Schuh „tieff / und einen Monat ſtehen laſſen: Dann nimm „es wieder heraus / ſo wirſt du den Saamen in „Geſtalt einer Galrei erſehen / oben auf mit einer „Haut / den Spiritum und Thau aber zwiſchen der „ſchleimichten Materie und obern Haut / welche von man„cherley Farben gantz hoch grün ſieht. Dieſes Glaß alſo „verſiegelt / den gantzen Sommer an einen ſolchen Ort „geſtellet / da des Tages die Sonne / und des Nachts der „Mond ſamt den Sternen ihre Radios hierauf anwerffen „können. Bey Regen und unſtäten Wetter aber ſol„ches in einer Stuben oder trockenen Ort behalten. Dann „bey ſchönen Wetter wieder heraus gehänget. Es kom„met wohl / daß dieſes Werck in 2. Monaten / auch wohl „erſt im andern Jahr / nachdem unſtät / oder gut Wet„ter iſt / kan verrichtet werden. Die Wahrzeichen der „Wachſung und Perfection ſind dieſe: Die ſchleimichte „Materie in Fundo ſchwellet hoch auf / der Spiritus und die „Haut nimmt von Tage zu Tage ab / und wird die Ma„terie faſt alle dick: Es giebet auch der Saame reflexio„nes im Glaſe / gantz ſubtile Dämpffe / und Nebel / ſo die

Geſtalt des Gewächſes figuriren: Doch aber noch un-,, fix: Welche Geſtalt dann auch offt auf- und nieder,, ſteigt; und nachdem die Sonne ſtarck operirt/ und der,, Mond in vollem Scheine ſteht: Endlich wird es alles,, mit einander in eine weiß-graue Aſche verwandelt; aus,, der erheben ſich mit der Zeit Stängel/ Kraut und Blu-,, men/ in Farben und Geſtalt des Saamens; Welche Ge-,, ſtalt dann nach Hinnehmung der Wärme allezeit ver-,, ſchwindet/ und in ſeine terram ſich verbirgt/ aber ſo bald,, es über gelinde Wärme geſetzet wird/ wieder erſcheinet.,, Und dieſes Wunder der Natur/ wann es recht verſie-,, gelt wird/ wäret ewig und ohn Ende. Eundem modum, iisdem ferme, ſed latinis verbis, expreſſum, legere eſt apud Cl. Tackium. *l. a p. m.* 46. *ſeq. atque p. m.* 48. hunc proceſſum ante plures annos ſibi in ſecretis habuiſſe ait; *Verum forte fortuna evolvens* Eraſmi Franciſci *viridarium ſive hiſtoriam utriusque Indiæ & Sinæ* iisdem fere verbis, paucis ſaltem immutatis *part.*1.*p.*762. invenit eundem, eſſeque eundem, *quem* Divus (*a*) Ferdinandus III. Cæſar *ſacratisſimæ memoriæ* Kirchero *aliquando communicaverit*; ad cujus imitationem procul dubio illam plantam diſpoſuerit, *quam* An. C. 1657. *coram* Chriſtina Suecorum Regina *reſuſcitaverit*. Eundem quoque proceſſum proponit & applicat *ad papaver flore pleno* Otto Tachenius *in Hippocrat. Chim. c.*20.*p.m.*161. *ſqq.* Sed *p.*165. ſubnectit: *Hactenus mihi periculum faciendi locus commodus Venetiis non eſt, neque erit propter defectum fecundi, & puri roris, qui turbatur ab halinitro indeſinenter hic ſpirante, ut muri omnium ædium teſtantur.* Nec improbat illum ZWELFERVS *in refutationis* Tachenianæ *part.* 3. 20. *f. m.* 121. *ſeqq.* Sed addit *p.*122. *eum ſuffuratum eſſe* Tachenium e KIRCHERI *Tom. 2. lib.* 12. *ſ.* 4. *de arte deſtillatoria p.* 414.

COMMENTARIVS
AD CAP. XXXV.

§. 1.

a) DIvus Ferdinandus III. *Cæſar*) Athan. Kircherus *mund. ſubterr. l. 12. c. 5. p. 434. ſeqq. hoc ſcribit*: circa hoc (*Palingeneſiæ*) experimentum ſane mirificum diu, multumque verſatum me eſſe affirmare auſim, donec tandem *alium* quendam modum inveni, quo plantam intra phialam oblongi colli hermetice clauſam ex ſuis cineribus excitavi, atque in meo Muſeo ad decennium fere advenis cunctis ſpectandum exhibui, donec anno 1657. quo Regina Sueciæ CHRISTINA Muſei mei viſitatione me dignata, ſumma animi ſui voluptate artificium iſtiusmodi ſpectavit; quod cum poſt diſceſſum ejus extra feneſtram poſuiſſem, poſtero die reverſus vi vehementioris frigoris, erat enim Menſis Februarius, phialam ruptam finem ſpectaculi feciſſe reperi, quaſi dedignatam monſtrare ſe amplius, poſtquam regina tanti nominis eam tanto luſtrandi honore affeciſſet; Ego vero, ſive expenſarum faciendarum cauſa, ſive magni laboris pertæſus ἐγχείρησιν non amplius aggreſſus, in ſuo chao reliqui, modum tamen & rationem, qua iſtiusmodi artificium conficiebam, *opuſculo particulari* totam de palingeneſia plantarum ex cineribus, reſervavi, ubi tota praxeos executio minutim deſcribetur.

§. 2.

Cum vero Ferdinandus III. Cæſar glorioſæ memoriæ de hujusmodi herbarum reſuſcitatione certior factus, ſibi

bi haud abſimilem eſſe plantarum ex cineribus educendarum rationem ſignificaret, adverteretque, ſummo ejus me deſiderio teneri, ſacra ſua Majeſtas meis ſatisfactura votis, totius rei ſeriem proceſſumque in executione operis, ſumma ſane liberalitate mihi impertiri non eſt dedignata, quem tametſi P. Gaſp. Schottus, meus olim hic Romæ in re literaria ſocius, ſuis operibus jam inſeruit, ne lector tamen hinc ſpe ſua fruſtratus abiret, & origo, unde illud profluxerit, conſtaret, hic eam iterum ad longum proponam, eo fine, ut experimentum quod mihi variarum occupationum interventione ſumere non licuit, Lector, cui forſan majus otium fuerit, ipſe ad veritatem rei comprobandam, ſumere non deſiſtat. Hoc itaque eſt arcanum:

§. 3.

Παλιγγενεσία,

ſeu

Regeneratio Plantarum ex cujusque plantæ ſemine.

PROCESSVS.

Accipe ſeminis plantæ cujusvis maturrimi, tempore & cœlo ſerenis, ℔. 4. quæ in mortario contuſa phialæ mundæ quam optime clauſæ impones, & ne vel minimum exſpiret, caveto, aſſervata quoque phiala in loco munito. Hoc peracto, obſervabis tempus veſpertinum cœli ſereniſſimi, ut ſequenti nocte rorem decidentem colligas. Phialam reſervatam aperi, ſemen contuſum, comminutumque exime, & ſuper tabulam vitream extende. Hanc vero tabulam cum ſemine in horto aliquo, aut prato ſub Dio libero expo-

poſitam relinque, & ne aliquid roris abundantioris e tabula defluendo pereat, tabulam una cum ſemine in patina latiuſcula collocabis, ſic fiet, ut ros copioſe ſupra ſemen decidens, ipſi commodius naturam ſuam nocturnis hisce macerationibus conferat.

§. 4.

Eodem tempore ad rorem commodius excipiendum quatuor palis affixum linteamen ſubtile & puriſſimum extendatur, quod madore nocturno imbutum, deinde in vitrum mundiſſimum ad octo circiter menſuras exprimatur.

§. 5.

Porro ſemen imbutum rore nocturno iterum phialæ ſuæ incluſum, ne quid inde expiret, aut calore ſolis extrahatur, ante ſolis ortum priſtino loco reponatur. Ros ex linteamine expreſſus ſæpiſſime percoletur, colatus aliquoties diſtilletur, donec omnibus fæcibus & terreſtri immunditie immunis evadat: fæces vero relictas calcinabis, & ſalem dabunt pulcrum viſu, qui mox in rore deſtillato diſſolvatur.

§. 6.

Ros hoc ſale imbutus, ſemini in phiala aſſervato altitudinis trium digitorum affundatur. Deinde phiala *hermetice* cum vitro contuſo & borace ſignata in loco calido & humido aſſervetur, aut etiam ſub fimo equino menſtruo ſpacio condatur; Deinde exemptam phialam conſidera, & ſemen ad inſtar gelatinæ transmutatum ſpiritum cuticulæ inſtar videbis variis coloribus variegatæ ſupernatantem, & intra terram cuticulam, & terram limoſam, rorem de natura ſeminis exiſtentem inſtar ſeminis viridis.

§. 7.

§. 7.

Phialam hanc ita ſigillatam per totam æſtatem ſuſpende in loco, ſolis interdiu, noctu ☽æ reliquorumque ſiderum radiis pervio, cœlo vero turbato aut pluvioſo, in loco ſicco & calido reſerva, donec pulſis nubibus ſerenitas demum affulſerit, cui demum eam expones.

Accidit nonnunquam, ut opus hoc menſibus fere duobus, aut citius, aliquando poſt annum juxta temporum conſtitutionem abſolvatur.

§. 8.

Cæterum *ſigna* perfectionis operis hæc ſunt: limoſa materia in fundo in altum contumeſcit, ſpiritus & cuticula indies decreſcunt, totaque materia demum inſpiſſatur, in vitro vero a reflexione ſolis ſubtiles naſcuntur exhalationes, & veluti nebulæ, *plantæ excreſcentis veluti prima quædam rudimenta*, ſed debilis adhuc & ſine colore, & ad formam ſolum *telæ aranearum* adſcendentis nunc, modo deſcendentis pro radii ſolaris phialam ferientis efficacia. Tandem ex tota illa in fundo ſubſiſtente materia ſpirituoſa cinis fit, albo-cœruleus, & tum ſucceſſu temporis *caulis*, *herba*, & *flores* producuntur, in forma & ſpecie ſeminis, quæ ſpecies præſente calore comparet, eodem abſente evaneſcens in chaos ſuum revertitur; ſed quoties ignem applicaveris, toties, calore ſuſcitante materiam, plantæ formam exhibebit, durabitque hac ratione, ſi vas bene obturatum fuerit, perpetuo.

§. 9.

Ad hoc Kircheri experimentum P. Gaſp. Schottus *in phyſica curioſa P. I. pag. 1356. ſeq. edit. ſecundæ: in mechanica, inquit, Hydropneumatica Parte 2. claſſ. I. c. 6.*

Machina 8. diximus, ſecretum fuiſſe P. Athanaſio Kirchero transmiſſum a Cæſare Ferdinando III. ideo vocavimus Cæſareum. At cum auctores alii diu antea ejusdem meminerint, ut vidimus, Cæſari impoſuit, quicunque id pro ſuo ac recens invento, ut apparet, vendidit. Experientiam, ut *ibidem* diximus, P. Kircherus non fecit, quia multum temporis requirit. Tentavit tamen P. Balthaſar Conradus cum adhuc viveret, Vratislaviæque Matheſin publice doceret; at nullo ſucceſſu. Fortaſſis non omnes in operando circumſtantias, quæ multæ ſunt, ſervavit. *Hactenus* Schottus.

§. 10.

Ejusdem Ferdinandi III. Cæſaris, reſuſcitationem plantarum, ſine mentione autoris, ex quo hauſerit eam, Germanice translatam exhibet Dn. L. Chriſtoph. Helvvig in der curieuſen Beſchreibung unterſchiedlicher rarer und ſchöner Phyſicaliſcher / Mediciniſcher / Chymiſcher / und Oeconomiſcher Dinge. num. 9. p. 9. quam & ab Eraſmo Franciſci *editam vide ſupra cap. II.*

§. 11.

De vegetabilium reproductione per Palingeneſiam D. Godofredus Aloyſius Kinnerus a Lœvventhurn *ad* P. Gaſp. Schottum (*cit.* Schotto *in Phyſ. curioſa P. I. p. 1367. ſq.*) *hæc ſcribit:*

Nihil omnino in rebus naturalibus reperiri poſſe exiſtimo, quod majori me voluptate poſſet afficere, quam ſi palingeneſiam illam tot Autoribus celebratam oculis ipſis liceret uſurpare. Rem ipſam haud vanam, ſed arte vere factibilem plures oculati bonæ fidei teſtes ſcripto perſuadent, qua vero ratione ea repræſentatio inſtituenda ſit, nondum ſatis compertum eſt. Reverenda paternitas veſtra in plu-

rimis

rimis ſuis operibus, & alii etiam autores evulgarunt modum, quem olim ab amico acceptum R. P. Athanaſio (Kirchero) noſtro communicaveram; is vero multo jam ante ab Auguſtiſſimo Cæſare Ferdinando III. ſibi transmiſſum obtinuerat. Illum in melioris defectu ſemper ſuſpexeram, optaveramque ejus rei ſive per me, ſive per alios amicos, magis meipſo in praxi deſtillatoria verſatos fieri probam, cujus me nondum compotem voti fecit fortuna. In ea tamen operatione, neſcio quid, deeſſe videbatur; cogitabamque felicius fortaſſe rem alia via tentari poſſe, ſi cum ipſis herbis aut floribus jam perfectis fieret proceſſus. Confirmavit in ea me nuper opinione Petrus Johannes Faber *in opere ſuo univerſalis ſapientiæ, ubi l. 1. c. 11. de putrefactione* ſcribit in hæc verba: Dixit ergo Chriſtus. &c.

Sequentia verba adducta jam invenies ſupra in notatis ad cap. XXV.

Cap. XXXVI.

CÆterum idem optimus TACKIUS *l. a. p. m.* 43. Proceſſum ſuum carminice proponit, quem evolve ſis. Eundem *p. m.* 44. his paucis complectitur: *Putrefacto ſimplici,,, partes volatiles a fixis ſeparentur, atque purificatæ nudo ſa-,, li fixo reuniantur.* Idem *ibid. p. ſeq.* clarius exponit, *in-,, quiens: Accipe herbam aliquam cum radice, & floribus, ſi-,, ve plantam totam, eamque contunde in mortario, atque cu-,, curbitæ inditam fermentari ſinito, donec aceſcat. Exprime,, ſuccum, filtratumque fecibus reaffunde, & tamdiu denuo pu-,, trefactionis legibus hæc ſubjice, donec colorem herbæ acqui-,, rant. Exprime hæc denuo, & digere ſuccum per ſe in cucur-,, bita, donec omnes feces reſideant, & ſuccus clarus & diapha-,, nus in colore herbæ conſpiciatur. Succum hunc clarum, &,, diaphanum per cucurbitam ſuperimpoſito alembico in M. B.,,*

" *lento igne deſtilla, ut habeas ſpiritum, & in fundo remane-*
" *bit ſulfur, quod aſſerva. Spiritum a phlegmate libera, &*
" *quodlibet ſeorſim cuſtodi. Omnes dein feces igne lento cal-*
" *cina, & ſpiritu ſal volatile vel extrahe, vel ex fecibus ſu-*
" *blima, quod vero remanet, calcina ad usque cineres, & ſal*
" *fixum quoque extrahe phlegmate, & depura, usque cando-*
" *re notabilr albeſcat. Accipe dein ſal utrumque cum ſpiritu*
" *& ſulphure, & ſoluta filtrataque coagula leniter, & ſic inclu-*
" *ſa vitro & irrorata ſpiritu roris majalis vel quinta eſſentia*
" *vini, omnia uniantur. Teneatur denique ſuper candela,*
" *vel leni calore vitrum, & reſurget herba cum floribus, adeo,*
" *ut exacte cognoſci poſſit.*

CAP. XXXVII.

CL. TACKIUS denique *l. a. p. m.* 46. aliam adhuc operandi rationem ſic deſcriptam exhibet: *Accipe herbam,*
" *quamcunque vis, & in quantitate, prout placuerit, con-*
" *tunde eam, expreſſumque ab ea poſt levem fermentationem*
" *ſuccum deſtilla per alembicum, in B. M. usque ad craſſæ ma-*
" *teriæ remanentiam, tum in cineribus urge deſtillationem, &*
" *ſal volatilis in alembicum ſublimabitur. Salem hunc volati-*
" *lem miſce cum ſpiritu dephlegmato, & ex capite mortuo extra-*
" *he ſalem fixum, eumque priori ſali volatili, & ſpiritui junge;*
" *deſtilla hæc lento calore, & ſublimabitur ſal volatilis colore*
" *albisſimo, & repræſentabit herbam in figura tali, quali con-*
" *ſpicienda fuit inter viridantia gramina campi.*

CAP. XXXVIII.

HÆc fuere hactenus exempla, hi modi παλιγγενεσίας plantarum. Verum multi, quorum manus oculatæ ſunt, quæque nil, niſi quod vident, credunt, totam illam rem *partim* faciunt dubiam, uti Nicol. Eglinger *diſp. Baſil.* 1673. *in theſibus Phyſicis* §. 29. dum ait: *omnia illa pompoſe jactitata eſſe ca-*

ſualia

ſpalia. It. Nicol. Moltkenius *annot. ad* Th. Brovvne *religionem Medici p. m.* 276. Aliique. (*a*) *Et ideo* Cl. Meibomius (*b*) *non temere illis jactatis experimentis fidem eſſe adhibendam hortatur*; *partim* quoque *plane vanam atque falſam*, uti RIOLANUS apud ROLFINC. *Chim. l. VI. c.* 3. *p. m.* 424. BILLICHIUS *in Theſſalo in chimicis redivivo c.* 7. *apud eundem* conſentientem, & *inter Non-Entia chimica* referentem ROLFINC. *chim. l. V. ſ.* 1. *c.* 5. *e quo* Gregor. Michael. *ad* Gaffarell. *p. m.* 253. Freitag. *in Noct. Med. c.* 64. *circa fin.* Conf. Conring. *de Hermet. Medic. c. XX. p. m.* 270. Rob. Boyle (*c*) *in Tentamin. Phyſiolog. de Experim. qui non ſuccedant pag.* 43. *ſeq.* & Fr. Hofmann. in Clavi Schrœderiana *p. m.* 639. *ſeq.* ipſeque Cl. H. Meibomius *Non entibus chimicis* adſcribit, aitque, *ſe multoties experimenta feciſſe, ſed ſine ullo ſucceſſu*: comprobatque *rei vanitatem ex auctorum affirmantium diſcordia, aliisque*. Kircherus *olim* Romæ *pro certo affirmavit*, *ſe hoc feciſſe, ac modum operandi communicavit*, ſed *nulla ſua induſtria hoc efficere potuit* DYGBI *tr. de vegetatione plantarum pag.* 77.

COMMENTARIUS

AD CAP. XXXVIII.

§. 1.

a) A*Liique*) In his utique numerandus eſt Dn. D. Joh. Andr. Schmidt, qui *integra diſſertatione de corporum naturalium* παλιγγενεσίᾳ *ſcripta*, experimentisque ibi non contemnendis congeſtis, his tamen verbis tandem eam *theſ. III.* concludit: Cæterum, uti enarravimus hæc omnia verbis, quibus ipſi hujus opinionis patroni proponunt, ſic notum eſt, quod tum de his, tum & de tota eorum Philoſophia judicent ſtatuantque alii. Præcipue autem dum

illi, ſcholæ antiquæ *Anaxagoreæ*, uti videtur, alumni generationem ſaltim pro συγκρίσει ſive congregatione particularum latentium, ex adverſo autem corruptionem pro διακρίσει, hoc eſt, particularum modo conjunctarum atque conſpicuarum disgregatione habent, indeque nihil revera generari, nihilque corrumpi dixerunt, (ut etiam *auctor libri primi de diæta* hoc ſenſu fuit locutus, ne animal quidem generari, vel corrumpi, ſcribens) ſic notum eſt, quid illi opinioni dudum reſponderit *Ariſtoteles*, prolixe docens, hinc & inde fieri generationes, iisque exoriri res varias, quarum nulla figura, nullave qualitas ſenſibilis fuit in ſubjecto, ex quo videntur generari. Quam generationem ideo vocavit ſimplicem, vel ſimpliciter dictam, factam, (ut veterum verbum fuit) per ſubjecti ἀλλοίωσιν. In præſenti autem pro impoſſibili habetur idem, quod aliquod mortuum naturæ viribus poſſit in vitam reduci. Nempe, ut ejus verba habent, *ſecundo de generatione & corruptione cap. ultimo:* Quorum ſubſtantia motum ſubiens incorruptibilis eſt, ea omnia etiam numero eadem redire ſolent. Nam motus id comitari ſolet, quod motu cietur. Quotum vero non, ſed corruptibilis, ſpecie, non item numero eadem reverti neceſſe eſt. Quocirca cum ex aere aqua, & ex aqua aer fit, aer ſpecie idem, non numero redit. Quibus σύμφωνα ſunt, *quæ libro categoriarum cap. X.* leguntur: in privatione & habitu mutatio inter ſe viciſſim fieri nequit. Nam etſi ab habitu ad privationem mutatio fiat, tamen a privatione ad habitum fieri non poteſt: Neque enim qui cœcus factus eſt, rurſus adſpexit, neque calvus comam accepit, neque edentulus dentes emiſit. Quæ veluti pluribus expoſuerunt interpretes, ſic communi philoſophorum Chriſtianorum conſenſu reſuſcitatio mortuorum inter opera ſo-

lius

lius Dei potentiæ ſubjecta numeratur, παλιγγενεσία vero, ſuperius deſcripta, rejicitur, & corpora ſive viventia, ſive metallica, poſt corruptionem reſuſcitata, ſive reproducta, habentur *pro non entibus.* Quo titulo ea inſignivit etiam annis ſuperioribus immortale hujus Salanæ lumen, nunc ad cœlos translatum, *Guernerus* ROLFINCIVS. Quæ addere ſcilicet nunc placuit, utpote ad phyſicum examen proprie pertinentia, reliqua vero, quæ doctoribus aliis, in hac opinione notanda occurrunt, illis remittimus judicanda, uti & modum, quo adponunt dictam παλιγγενεσίαν, peritioribus Chymiæ cultoribus.

§. 2.

b) Meibomius.) *Conf.* Cap. XXI. & *ibi notata* §. 16. *& cap. XXXIX.* Sed vix mirandum, non feliciter ſucceſſiſſe Meibomio, cum, ut ex l. c. patet, rem nec recte fuerit exorſus, nec rite pertractaverit.

§. 3.

c) *Rob. Boyle*) Ejus verba (*non ut autor citaverat p. 114. ſed p. 43. 44.*) hæc ſunt: Etiam illud experimentis contingentibus, ſi libet, *Pyrophile*, accenſere potes, quod eruditi ſcriptores prodiderunt, nimirum, ſi lixivium ex combuſtæ alicujus plantæ cinere, vel ⊖e fixo paratum conglacietur, ſpeciem ſive ideam ejusdem plantæ in glacie apparituram; rem enim *nullo ſucceſſu* multoties tentavimus; & memini ſuperiori hyeme (quæ utique huic negotio potiſſimum convenit) lixivium ex aqua fontana & ⊖e abſinthii in hunc uſum paravi, quod deinde cum ⊖e communi & nive (quemadmodum alibi docetur) in glaciem condenſavi; in qua tamen nihil percipere poteram, quod abſinthii magis, quam alterius cujusvis plantæ ſpeciem referret;

ret; quin etiam, cum paulo poſt tempore, abſinthii decoctum (a quo plantæ ſimulacrum meliori jure expectari poteſt) in phiala pellucida, ad congelaſcendum expoſuiſſem, ſi quibus jam conglaciatum oſtendi, ſe nullam in ipſo abſinthii umbram dignoſcere poſſe una mecum fatebantur. Veriſſimum ſane eſt, in utroque vaſculo glacies *inſolitam quandam figuram* obtinere viſa eſt, ſed fatendum quoque eſt, nos non tantum in aqua, ſalino aliquo corpore, ut nitro, ⊖e marino, ſaccharo &c. imprægnata, glaciem in varias figuras efformatam obſervaſſe, ſed etiam in aqua communi congelata, alio modo figuratam glaciem conſpexiſſe, quam qui ſimplici elemento convenire videbatur. Id quod non admodum mirandum eſt, quandoquidem [ut alias taceam cauſſas, quæ ad hunc effectum producendum concurrere poſſunt] fieri poteſt, ut aquæ per terras ſcaturientes, ſalinis hujus aut illius generis particulis abundantes, facile ab iisdem imprægnentur; unde fortaſſe evenit, ut tinctores nonnullas aquas colori Eſcarlatino, aliisque quibusdam tingendis commodiſſimas, nonnullas contra ei negotio minime idoneas experiantur. Quare ſuſpicari fas eſt, figuras, quæ in congelato plantæ alicujus lixivio, aut decocto ſæpe animadvertuntur, ideam ipſius, aut cujusvis alterius plantæ in conglaciato liquore ſemper exhiberi, incerta tamen præbere indicia. Et ſane magnopere vereor, ne, qui ſe ejusmodi plantarum ſimulacra in glacie vidiſſe profitentur, imaginem non minus, quam oculos ad hoc ſpectaculum adhibuerint. Enim vero non parum mirandum eſt, qualia ſibi imaginantur nonnulli, ne aliis minus oculati videantur. Nam memini D. R. ſpeculorum Dioptricorum confector merito celeberrimus, cuidam, qui idipſum, ut Teleſcopium quoddam ingens triginta pedes

lon-

longum videret, adiverat, ſe ejus ope in molendina ad ſex milliarium intervallum remota, araneam telæ ſuæ inhærentem conſpicari diceret; homo credulus primo quidem negare, ſe tale quicquam videre, tandem vero araneam illam ſibi conſpectam profiteri, & tarditatem oculorum ſuorum accuſare. Cæterum, *Pyrophile*, quandoquidem experimentum modo memoratum cordati aliquot ſcriptores ex obſervationum ſuarum fide ſerio confirmarunt, licet in illorum gratiam ipſum potius inter *contingentia*, quam prorſus falſa recenſere. Siquidem nihil obſtat, quin inter varias figuras, quas conglaciati liquores nonnunquam induunt, quædam hujus aut illius plantæ formam tantopere repræſentet, ut cupidi ſpectatoris oculis calcinati vegetabilis imaginem referre videatur. Enimvero nos ipſi, cum non ita pridem optimæ æruginis (quæ ſalinas uvarum particulas in cuprum ab ipſis corroſum coagulatas copioſe contineret) ſolutionem pulcerrime vireſcentem ſale & nive congelaſſemus, *figuras in glacie minuſculas*, vitium ſpeciem *eximie referentes*, non ſine aliqua admiratione conſpeximus; eoque major nos ſtupor inceſſit, quod altera ejusdem ſolutionis pars a nuda aeris frigiditate in alia phiala condenſata, glaciem anguloſe figuratam exhibuit, (qualem ⊖inos liquores congelatos obtinere ſæpe obſervavimus) ſed illi nullo modo ſimilem, quæ applicatione ⊖is & nivis concreverat. Deinde vero ulterioris experimenti cauſa, glacie, in qua vitium imagines apparuere, ſponte eliquari permiſſa, & in eadem phiala eodemque momento ſecunda vice congelata, nihil ejusmodi in ſecunda hac glacie conſpicere potuimus, quale in priore demirati fueramus. Denique quantumvis vinum & acetum vitis naturam participent, tamen in iisdem congelatis vel minimam ejusdem imaginem nunquam obſervavimus.

§. 4.

D. J. D. Horſtius *comp. Phyſ. Hippocratea diſſ. VI.* §. *4. p. 40. ſeqq.* ait: Immortales quidam (*immortalitatem tamen coſmicam tantum intelligunt*) plantarum animas dixerunt ex Job. XIV, 7. ſq. Dan. IV, 12. Hinc animam plantarum eſſe totam in toto, & totam in qualibet parte putarunt. Hinc earum (*plantarum*) ſeminale principium eſſe in earum minimis partibus, in ſuccis, in putredine, in cinere, in pulvere, in atomis pronunciarunt. Aſt immerito. Combuſta planta perit forma. Repullulationes vero arguunt ſaltem præſentiam virtutis cujusdam ſeminalis, & accidentalis quidem, non ipſius formæ. Tota vero in toto eſt, unitate quadam multiplicabili, tota autem in qualibet parte, non ea unitate, qua in toto, ſed diverſis unitatibus a primo propagatis, totalibus tamen & completis. Denique ſpecies plantarum de mundi duratione eſſe immortales non negamus. Non tamen individua. Dictam herbarum παλιγγενεσίαν in dubium quoque vocat Helmontius *in Pharmacopolio & diſpenſatorio modern. n. 13. ſeq.* arguitque *Quercetanum* inſcitiæ principiorum, quod bonus ille vir (*neſciens, omnem glaciem incipientem dentatas cuſpides ac figuram folii urticæ facere*) in cineribus ens ſeminale figurativum herbarum, ignibus invictum, permanere ſtatuerit, cum tamen ſeminum poteſtas figurativa deliteſcat in *Archeo*, herbarum, rerumque generabilium Vulcano, qui cum oculis carneis non ſubſit, a Deo ſolo impetrandum eſſe ait, ut oculos animæ aperire dignetur, qui Adamo, quique Salomoni rerum proprietates primo intuitu demonſtravit.

CAP.

Cap. XXXIX.

PAſſim igitur vapulant adſertores ab aliis, e. g. Quercetanus ab HELMONTIO *tr. Pharmacopolium ac diſpenſatorium modernum.* §. 13. *& tr. Formarum ortus* §. 90. Et Sennertus *vapulat ab* Adamo Luchtenio *in Epiſtola ad* Joh. Freitag. *apud hunc contra Sectam* Sennerto-Paracelſicam *diſp. VI. p. m.* 269. *b. ſq.* Immo Cl. Meibomius (*a*) non veretur *illum Polonum* Quercetani *Magiæ accuſare: ſed hæc arma non tunc placebant.* Beguinum, Libavium ac Borellum *propoſuiſſe paradoxa*, cenſet ROLFINC. *Chim. l.* 6. Paracelſi (*b*) *aſſertum* ex ἐπιχειρήσει ROLFINCII *l. a.* comparatur *ſcopis diſſolutis.* Gregor. Michael. *annot. in Gaffarelli curioſit. n. LV. p. m.* 240. de illo ita: *Ibi tamen magis locum habet generatio, quia in oleoſitate plantæ &c. cum cinere miſcendo, anima plantæ latere poteſt, quam reſuſcitatio: nec ea eſt, quæ in cinerem verſa, ſed cujus anima* beneficio olei (*c*) communicata fuit cineri. Borelli (*d*) vero aliquot, quas projecit vano promiſſor hiatu, *bullæ ne caſſa quidem nuce mihi videntur condignæ*, niſi hoc oculis exhibuerit, qui ſunt *μάρτυρες ἀξιοπιστότατοι.* Rejicit quoque ROLFINC. *l. a. p. m.* 424.

COMMENTARIUS

AD CAP. XXXIX.

§. I.

a) CL. *Meibomius*) vid. notata ad c. XXI. §. 79. Vulgaris autem eſt objectio ejusmodi rem ignorantibus ſtupendam, Dæmonum opera eam produci. Qua de re & D. Marci *in defenſione Idearum operatricium*, citante Eug. Philaletha *in Anthropoſophia Theo-magica.* p. m. 21.

Quid quæſo, *inquit*, dicerent hi tanti Philoſophi, ſi PLANTAM, quaſi momento, naſci in vaſe vitreo viderent, cum ſuis ad vivum coloribus, & rurſum interire & renaſci, idque quoties, & quando luberet? credo; DÆMONIVM arte MAGICA incluſum dicerent illudere ſenſibus humanis.

§. 2.

b) *Paracelſi*) conf. ſupra *cap.* XXII. & XXIII. *ibique notata.*

§. 3.

c) *Olei*) conf. quæ ad *cap.* XIX. §. 10. de cucurbita nono die fructum ferente dicta ſunt.

§. 4.

d) *Borelli*) conf. ſupra cap. IV. XI. XII. XIII. XV. XVI. XVII. XIX. XXI. XXXI.

Cap. XL.

Doctiſſimus equidem J. D. Major *de cancr. & ſerpent. petref.* §. 39. *p. m.* 32. *rem concedit, magis tamen in alteram inclinare videtur ſententiam.* Verba ejus ſunt: *Verum ut ad "plantarum ex exuviis ſuis reſuſcitationem inprimis redeam, "*I. *Quam pauca & rara ſunt ejus rei exempla?* II. *Quantopere auctores inter ſe non conveniunt, alio ſal fixum, alio "volatile, ad inſinuandum rei miraculum urgente?* III. *Neque ſolidi quidquam ineſt plantis iſtiusmodi, ut videntur, "reſuſcitatis: Denegato enim ipſis calore externo, facile, niſi "fallor, in priſtinum, in quem redactæ ſunt, cinerem relabuntur, nec prius repullulant, quam novo eoque blando lucernæ "calore, quicquid volatile in ipſis eſt, rurſus excitetur.* IV. "*Neque porro, ſi plantæ, certo artificio tractatæ, reſurgunt ex "cineribus ſuis, atque Phœnicis* (*a*) *inſtar, reviviſcunt, reſurgunt,*

ſurgunt, eodem prorſus pondere, vel magnitudine, qua pri- „
mitus gaudebant; id quod neceſſarium foret, ſi vera da- „
retur earundem reſuſcitatio. V. Multo minus ſalia vel li- „
xivia congelata ſunt id, quod referunt: ſed meræ rerum „
larvæ, mera corporum idola, & mira ludentis naturæ (b), „
pægnia, ut non immerito Rolfincius *verbo pro* Non-Ente Chi- „
mico *non ſine cauſſa habeat.*

COMMENTARIUS

AD CAP. XL.

§. I.

a) PHœnicis.) Confer notata ad cap. XI. & XXIIX. §. 12.

§. 2.

b) Ludentis naturæ pægnia) παίγνιον ſignificat luſum puerilem, quaſi dicat, naturam, *h. e.* Dei ſapientiam, πάρεργον ludere in iſtiusmodi artificio. conf. Joh. V, 17. Qua de NATURA, Seneca *l. 4. de Benefic. c. 7.* Quid aliud *eſt natura*, quam *Deus*, & divina RATIO, toti mundo, & partibus ejus inſerta? Et: Veteres *Chaldæos* per NATURAM ipſum *Deum* intellexiſſe, autor eſt Thomas Stanlejus *in hiſtoria philoſophiæ orientalis l. 1. Sect. II. c. 1. ſqq.* Plura vide *notata ad cap. XLVI. §. 1. ſeqq.*

CAP. XLI.

ALii (*a*) tamen ſanum illud ἀπέχειν uſurpant, hocque arcanum *experientiæ*, *& ulteriori ſcrutinio indagandum relinquunt*, uti P. I. Sachs *Ampelogr. l. 2. ſ. 9. c. 5. p. m.* 638. Hinc forte quoque *ſuum alio differt judicium* Roſenberg. *Rhodolog. p. 2. c. 33. p. m.* 313.

COMMENTARIUS

AD CAP. XLI.

§. I.

a) ALii) In his eſt Jo. Kunckelius *in Philoſophia Chimica p. 301. ſeq.* qui propoſita aliorum theſi:

> Reſuſcitatio plantarum non eſt pro non-Ente habenda; e cineribus autem, aut ſale ipſius herbæ, produci denuo, prorſus in omnem partem non-Ens eſt;]

hæc dicit: Si animus eſt, reſuſcitationem inſtituere, omnia probe ſimul conſervanda ſunt, qua ratione ea natura colligavit. Ego de putrefactione & fermentatione prius quædam commemoravi, eas ſemper pro commutatione ipſius artificis alia quædam producere, ut vermes, herbas, lapides &c. id quod in omnibus herbis demonſtrari poteſt. Quod ſi non eadem illa ipſa, quæ ante erat herba, (quod fieri tamen poteſt) redeat, at alia quædam eſt, & ſi quis generationem *terræ Adamicæ*, in qua, quo pacto ex aqua omnia fiant, indicavi, perſequatur, is facile hoc ipſum deprehendet. Reliqua hæc de re, quod in vitro denuo creſcat, evaneſcat denuo, iſtaque calore ſemper præſententur, *non tam duco impoſſibile*, quam nonnulli, cui alia quædam nota ſint, ex quibus & illud liceat demonſtrare. Arbitror igitur de hisce me ſatis dixiſſe.

§. 2.

Idem *ibid. p. 51. ſeq.* imo, *inquit*, ego credo, ſi aliquot vermes aqueæ potiſſimum naturæ, qui forent commi-

nuti

nuti, huic ipſæ viſcoſæ materiæ (terræ ſcilicet Adamicæ ab ipſo p. 16. & 40. ſeqq. deſcriptæ) dextre permiſcerentur, hujusmodi quosdam denuo produci poſſe, id quod ex aliis exemplis ſatis poſſet demonſtrari. Cui quidem opinioni nobiliſſimus quoque ille Anglus, Robertus Boylæus, *in Chimico ſceptico* aſſentitur, a cucurbita petita demonſtratione.

§. 3.

De *Terra* autem *Adamica* ſic ſcribit *l. c. p. 16.* Kunckelius: Spectetur *terra Adamica*, ut appellatur, in paludinoſis montium locis reperiri ſolita - - - quomodo ipſa generetur, quæ primum quidem rubra eſt, deinde nigreſcit, tandem prorſus abit in arenam, etiam in *vermes*, - - principium enim omnium rerum eſt AQVA & SAL.

§. 4.

Idem *l. c. p. 40. ſqq. de eadem terra*, Novi, *inquit*, aliquem, - - - qui annos 30. & aliquot amplius in ea deſudaverat, qui mihi quoque ipſi ab initio perſuaſerat, rem ita ſe habere; (materiam illam lapidis eſſe) quod omnia tria regna poſſet demonſtrare. Produxerat enim ex ea *animalia muſcarum*, *aranearum*, *vermiumque* varia genera, imo hanc terram univerſam, excepta exigua particula in ejusmodi eſſe converſam. Deinde *ſine ullo ſemine*, nullo adhibito rore majali *pulcras herbas in vitro* ex eadem procreatas. - - - Tertio irrigatione roris majalis - - - - tantum profecimus, ut in pulcram quandam *firmamque maſſam* concreſceret, ita gravem, ut propemodum plumbo comparari potuiſſet. - - - Aliquo loco ſcriptum. Eſt *terra illa virginea foliata* capitibus noſtris imminens, die quidem aqua rarefacta, nocte vero rore. - - - Profecto

terra

terra hæc *Adamica* nihil aliud eſt, nec aliunde proficiſcitur, quam ex *aqua*, cumprimis autem in locis opacis, in quibus aqua ſolis radiis non ita poteſt illuſtrari, reperitur; ſæpius invenitur etiam in plano campo, quamquam non ita pulcro rubro colore, citius enim putrefacta nigreſcit; atque hæc eſt *caput corvi*. Si in planitie reperitur, plerunque ad fontes, aut ſcaturigines invenitur in locis paludinoſis ſalientes, ubi tum limus ille omnis ſubtilis aliud nihil eſt, nec aliunde oritur, quam a ſpermate aquæ, ſive a putrefactione ligni, ſeu herbarum, id quod circa ſtagna & foſſas ſatis perſpicue videtur. Expurgetur piſcina quædam, quam fieri poteſt diligenter, & relinquatur fundus, quantumvis arenoſus, & unum alterumve annum in ea ſtagnet aqua, limi ſive hujus terræ Adamicæ ſatis multum invenitur. Quod ſi non adeo forte pulcra fuerit & rubra, ex uno tamen eſt, eodemque principio, eſtque aut fit per putrefactionem ex hoc ipſo ſpermate aquæ ejusmodi *pinguedo terræ*, ex qua omnia creſcunt. Omnia quoque metalla & lapides ex hoc ſpermate gignuntur, itemque mercurius, &c.

§. 5.

Veram Terram Adamicam, ex qua Adamus creatus eſt, Joſephus *dicit fermentatam l. 1. c. 2. Antiq. Judaic.* his verbis: ὁ δ' ἄνθρωπος οὗτος Ἄδαμος ἐκλήθη, σημαίνει δὲ τοῦτο κατὰ γλῶτταν τῶν Ἑβραίων πυῤῥόν, ἐπειδήπερ ἀπὸ τῆς πυῤῥᾶς γῆς φυραθείσης ἐγεγόνει. Τοιαύτη γάρ ἐστιν ἡ παρθένος γῆ καὶ ἀληθινή. h. e. Homo autem hic vocatus eſt ADAMVS, ſignificat autem hoc Hebræorum lingua ruſum, quoniam e ruſa humo *fermentata ſeu ſubacta* eſt factus, talis enim eſt intacta ſeu virginea terra, & vera.

§. 6.

De eadem Eugenius Philaletha *in Anthropoſophia p.* 47. Wir leſen im Buch der Schöpffung / daß ihn (den Menſchen) GOtt aus der Erden / welches ein groß Geheimniß iſt / geſchaffen habe. Denn es war nicht gemeiner Töpffer Thon / ſondern ein anderes mit weit beſſerer Natur begabtes Weſen: Wer dieſes erkennet / der weiß auch die Materie der *Sophi*ſchen Artzney / und daher folglich dasjenige / was entweder des Menſchen Temperament zerſtöret / oder erhält / denn in ihr ſind die Anfänge gleiches Weſens mit ſeinem Leben / als ſolche die ſeine Kräffte wieder erſetzen / und die Ordnung zu einer Ubereinſtimmung bringen können. Der gelehrte Arias Montanus nennet die Materie / multiplicis terræ particulam ſingularem: aus welchen Worten / ſo ſie wohl unterſuchet werden / ihr es leichtlich finden könnet.

§. 7.

Hanc ADAMAM, ab *Adamah* vocat Agrippa *in antidotis contra peſtem Tom. Operum II. p. 582.* aitque ultimum eſſe peſtis remedium: *quando:* ſed & illud, *inquit*, te adhuc commonitum volo, ſummum ac ultimum ejus mali remedium eſſe terram ADAMAM, *primam* videlicet *noſtræ creationis materiam:* Hæc namque ſola, & unica eſt, quæ medicinam largitur, cujus non eſt major, neque parum fuerit per ignis artificium purgata, ſed ad ſimplicitatem ſuam congrua lotione redacta.

§. 8.

Præclare de hac terra Excell. D. Henr. Khunrath quondam P. P. Lipſienſis *in Amphitheatro ſapientiæ æternæ, ſolius veræ*, ſcribit in *hunc modum:* Sanguis e vulneribus *leonis*, lancea antea transfoſſi, craſſus, & copioſe ef-

fluens diligenter colligitur omnis: Ὕλη & Lili, limus, terra madida, humida, uliginoſa & *lutoſa ADAMICA*, prima creationis mundi majoris, noſtri ipſius & lapidis vigoroſi noſtri materia, *conſpicua* redditur.

§. 9.

Nec minorem gratiam habent, quæ de eadem terra loquitur D. Edmundus Dickinſon *in Phyſica veteri & vera. c. XI. p. 241. ſeq.* cum credibile eſt, *inquit*, luteum illud habitaculum, quod huic cœleſti Dominæ, (ANIMAE) regiam eſſe deſignarat (*Deus*,) minime de communi terra conſtructum fuiſſe, ſed de ADAMAH, id eſt, terra quadam rubra, quæ erat terra ſelecta, terra pinguis, & per fermentationem facta rutilis & coruſca, adeoque in quintam quandam eſſentiam quaſi redacta. Nec *inaudita* eſt hæc, quam promoveo, vel nova ſententia. Sed ab omni antiquitate tradita, cujus autoritate ductus *Philo* Judæus affirmat, hominem compoſitum fuiſſe ἐκ σποράδος ὕλης, ἣν χοῦν κέκληκεν, id eſt diſperſa materia, quam vocat χοῦν. Theophilus autem χοῦν interpretatur ȣ̓ τῆς ξηρᾶς, ἀλλὰ τῆς πολυμερȣ̃ς καὶ ποικίλης ὕλης μέρος, id eſt, *non ſiccæ*, ſed *multifariæ, variegataque* materiæ partem. Et Joſephus *Antiq. l. 1. c. 4.* cum redderet rationem, cur primus homo dictus fuerit ADAMVS, id eſt rufus, dicit illum ſic appellatum, quia formatus fuit ἀπὸ τῆς πυρρᾶς γῆς φυραθείσης &c. *id eſt*, e terra rubra *fermentata:* quod perinde eſt, ac ſi dixiſſet: hominem primum fictum fuiſſe e *terra rubra*, ad clariorem lucidioremque colorem ſive Tincturam redacta; quippe fermentatio res omnes digerit & emendat, ipſarumque tincturas inſigniter auget & illuſtrat. Et, ut eo fidentius arbitremur, hanc terram Adamicam fuiſſe puram, elegantem, atque *roſeo* colore ſplendidam, nobis

ea

ea ipſa vox perſuadeat, quæ fuit huic terræ prorſus ab initio data, nimirum *Adamah*, אדמה, ſic dicta a verbo אדם *Adam*, i. e. *rubuit*: vel rutilanti colore, non ſecus ac *Rubinus* ſplenduit. אדם namque *Rubinum* quoque notat. Ex. 39, 10. Ez. 28, 13.

Cap. XLII.

QVin imo *præfracte negantem ipſam* Quercetano *viſam experientiam* Freitagium *caſtigat* TACKIVS *myſter. reſurr. rer. p. m.* 43. & SENNERT. *de conſenſu & diſſenſu chim. c. X. in fin. p. m.* 263. inquiens: *Si enim Chimiæ oſores & ἐκ βίβλε (a) κυβερνῆται manum ipſi operibus chimicis admoverent, viderent procul dubio multa, quæ jam non credunt.*

COMMENTARIVS

AD CAP. XLII.

§. 1.

a) EK βίβλε κυβερνῆται) *Latine.* Ex libro gubernatores. Quo pertinet: Johannes ex libro non valet nummo. Jurare enim in alterius verba, iisque ſolis credulitate puerili inhærere, nec quicquam tentare propria experientia, parum proderit olim.

Cap. XLIII.

OBſtas: *Rem dici, non probari*, juxta illud:
Dico ego: Tu dicis: ſed deniqe dicit & ille:
Dictaque poſt toties, nil niſi dicta vides.

Sed reſpondeo *non eſſe verba nuda*, ſed *hiſtorias veras*, *verbis quidem traditas*. Scio cum Hippocrate *l.* π. τέχνης *f. m.* 3. ἄλογον, τῶν ἐόντων τὶ ἡγεῖσθαι, μὴ ἐόν. *Abſurdum eſt, quod non ſit, eſſe putare.* Sed æque ἄλογον eſt, *quod eſt*, *non eſſe putare.* Inſtas: *pauca eſſe exempla & rara.* Sed *hæc* tamen *rem non plane denegant*, ut ut plura hactenus produxerim. Regeris: *Hæc legi*, *non videri.* Quia *Tu aut ego non vidimus*, *idcirco rem negari non poſſe* ſcribit EBNSINA *apud* DEVSING. *in vindiciis fetus extra uterum geniti ſect. VII. p. m.* 150. *Dicis: Sed ego tentavi*, *& fruſtra* (*a*) *ſemper. En* πολυθρύλλητον! *Duo cum faciunt idem*, *non eſt idem.* Reponis: *Nil ſolidi ejusmodi reſuſcitatæ ſubeſſe plantæ.* Sed nec illud ſibi poſtulant ſemper omnes. *Ita* DYGBI vocat *ſaltim ideam plantæ ſuæ æmulam*: TACKIVS *p.* 42. eſſe *umbraticam*: Gregor. Michael. *p.* 252. *ſq.* eſſe *ſaltem ſpeciem aut formam accidentariam*: HIGHMORVS *f.* 105. *ſpiritales plantas*: Otto Tachenius *Hippocr. chim. c.* 20. *p. m.* 158. *ſpiritualem repræſentationem*, *vel regenerationem*, *& p.* 165. *umbratilem.* Adeo ſaltim quæritant τὸ δυνατὸν *aliquale*; ut *e mortuis quaſi plantis ſubtiliorem quandam earum reſurrectionem*, futuræ noſtræ perfectiſſimæ per Dei omnipotentiam prodromum, repræſentare valeant. Quod in tanta quoque exemplorum copia, auctorumque non levium teſtimonio, *ſine impudentiæ macula* vix negari poterit.

COMMENTARIVS

AD CAP. XLIII.

§. 1.

a) E*T fruſtra ſemper*) Venit mihi hoc loco in mentem, me quondam, quam primum animum ad chimiam applicuiſſem, multoties fruſtra facere ♁nium Diaphoreticum tentaſſe, quod tamen in Chimicorum libris cum omnibus circumſtantiis legeram, & αὐτοψία apud egregie

exer-

exercitatum quendam in hoc ſtudii genere Medicinæ Candidatum, nunc doctorem, eram edoctus; quod vel pueris Pharmacopœorum quam notiſſimum eſt. Niſi igitur mihi ſatis veritas hujus rei innotuiſſet, facile potuiſſem mihi perſuadere, non dari ejusmodi medicinam. Errorem vero diligentius conſiderans, cur non ex voto res reſpondiſſet, videbam, in cauſa fuiſſe emptum a mercatoribus nitrum, quod fraudulenter ſale commixtum, nec repurgatum ab iſto, detonationem impediebat. Sic vides, minimam circumſtantiam ſæpius totam rem mutare vel impedire poſſe. Fac igitur applicationem.

Cap. XLIV.

Et nunc alius, meque errare dicat. *Errare me, ſed cum illis ſinas, iſti reſpondebo cum* PLINIO *l. V. H. N. c. 3. quorum non ſeria modo, verum etiam luſus exprimere laudabile eſt.* Nimirum nondum veritatis puteus adeo exhauſtus eſt, quin ſemper invenias, quo ſitim reſtinguas tuam, Natura gazas ſuas non ſimul, & ſemel aperit: *nec ulli poſt mille ſecula occludetur occaſio aliquid adjiciendi.* Seneca *Epiſt. LXIV. ſeq.* Scilicet *juxta* Eundem *Natural. Quæſt. l. 7. c. 25.* Veniet (*a*) tempus, quo iſta, *quæ nunc latent, in lucem dies extrahat, & longioris ævi diligentia.* Dicto igitur ſimus audientes, quod ſummus noſter HIPPOCRATES *l. π. ἀρχαίης ſ. 9.* ſcribit: Ἰητρικῇ δὲ πάντα πάλαι ὑπάρχει, καὶ ἀρχὴ, καὶ ὁδὸς εὑρημένη, καθʼ ἣν καὶ τὰ εὑρημένα πολλά τε καὶ καλῶς ἔχοντα, εὕρηται, ἐν πολλῷ χρόνῳ. Καὶ τὰ λοιπὰ εὑρεθήσεται, ἤν τις ἱκανός τε ὤν, καὶ εὑρημένα εἰδὼς, ἐκ τούτων ὁρμώμενος ζητέῃ *i. e. vertente* Anutio Foëſio: *At vero in Medicina jam pridem omnia ſubſiſtunt, in eaque principium, & via inventa, (b) ſecundum quam etiam inventa multa non ſolum, ſed & pulcra invenienda multo tempore. Et reliqua deinceps*

invenientur, ſi quis probe comparatus fuerit, ut ex inventorum cognitione ad ipſorum inveſtigationem feratur.

COMMENTARIUS

AD CAP. XLIV.

§. 1.

a) V*Eniet tempus)* Conf. Zach. XIV, 7. Pſ. XIX. 3, & Dan. XII, 4. Adde, quæ Autor *novi luminis chemici* (Sendigovius) habet *tractatu II. in præfat. p. 95. ſq.* Jam illa, *inquiens*, monarchia quarta Borealis incipere habet: Jam tempora appropinquant; mater ſcientiarum veniet; majora elucidabuntur, quam in his tribus Monarchiis factum eſt. Quoniam hanc Monarchiam (ut veteres divinarunt) plantabit Deus per unum ex Principibus, omnibus virtutibus ditatum, quem fortaſſe nobis jam tempora produxerunt. Habemus enim in hac parte Boreali Principem ſapientiſſimum ac bellicoſiſſimum, quem nullus Monarcharum victoriis ſuperat, humanitate ac pietate nullus excellit. In hac Monarchia Boreali Deus, omnium conditor rerum, majora arcana ſine dubio in natura elucidabit, quam illis temporibus, ubi aut Paganorum aut Tyrannorum principum ſedes fuit. Sed has Monarchias Philoſophi non ſecundum potentiores, ſed ſecundum cardines mundi numerant: Inprimis orientalem, poſtea Meridionalem, jam vero occidentalem habent; & ultimam ſeptentrionalem in hac parte Boreali expectant: de quibus in Harmonia dabitur. In hac ſeptentrionali attractiva Polari Monarchia, ut Pſalmiſta ait, (Pſ. LXXXV,

11, ſqq.)

11. ſeqq.) miſericordia & veritas obviabunt ſibi, pax & juſtitia oſculabuntur, veritas de terra orietur, & juſtitia de cœlo proſpiciet. Vnum ovile & unus Paſtor, (Joh. X, 16.) Scientiæ multæ ſine invidia: quod & ego cum deſiderio expecto!

§. 2.

Sic Eugenius Philaletha, *in præf. ad introitum apertum ad occluſum regis palatium, p. 1.* ſcribit: Ominor non paucos hisce meis laboribus illuminatos fore. Non ſunt fabulæ, ſed realia experimenta, quæ vidi, feci, novi, quod ex hisce lineis facile colliget adeptus. Quare ut ad bonum proximi hæc ſcribo, ſat ſit, me profeſſum eſſe, neminem in hac arte ſcribentem unquam tam lucide ſcripſiſſe, meque inter ſcribendum pluries calamum repoſuiſſe, quod potius vellem ſub invidiæ larva veritatem celaſſe; at cogebat Deus, cui non potui reſiſtere, qui ſolus corda novit, cui ſoli gloria in ſeculum. Hinc indubie colligo, multos futuros hac ultima ætate mundi hoc arcano beatos.

§. 3.

Et cap. XIII. p. 46. ſeqq. Nec eſt, quod invidiæ me accuſes, quoniam interrito calamo, inaudito ſtylo, in honorem Dei, uſumfructum proximi, mundique & divitiarum contemptum ſcribo. Quia natus eſt jam Elias Artiſta, & glorioſa jam prædicantur de civitate Dei. Plures auſim aſſeverare me poſſidere divitias, quam totus valet cognitus orbis: at uti non licet ob nebulonum inſidias. Dedignor merito atque deteſtor hanc auri argentique Idolomaniam, quacum pretium, pompam ac vanitates mundus celebrat. Ah turpe ſcelus! ah inane nihil!

cre-

creditis me hæc celare, ſcilicet ex invidia? nequaquam: profiteor namque me ex imo pectore dolere, quod nos vagabundi per totam terram, quaſi a Domini facie arcemur. At verbis non opus eſt, quæ vidimus, tetigimus, ac elaboravimus, quæ habemus, poſſidemus, atque novimus, hæc declaramus ſola compaſſione erga ſtudioſos moti, ex indignatione Auri & Argenti, Lapidumque pretioſorum, non quatenus Dei creaturæ, abſit, eatenus quippe honoramus, & honoranda cenſemus; at populus adorat Iſraeliticus pariter ac mundanus. Quare ſerpentis inſtar ahenei in pulverem conteratur. Spero & expecto, quod poſt paucos annos pecus erit pecunia, fulcrumque hoc belluæ Anti-Chriſtianæ ruet in rudera, delirat populus, inſaniunt gentes, inutile pondus vice Dei habent. Hæccine noſtram tamdiu expectatam brevique emerſuram redemptionem concomitabuntur: cum Hieruſalem (Ap. XXI, 19--21.) nova auro in plateis ſcatebit, portæque ex integris Margaritis Lapidibusque pretioſisſimis conficientur, Arborque vitæ in Paradiſi medio folia dabit ad gentium ſanitatem? Novi, novi, quod hæc mea ſcripta erunt plurimis inſtar Auri obryzi, & aurum argentumque per hæc mea ſcripta vileſcent inſtar fimi, credite juvenes tyrones, credite patres, quia tempus adeſt ad fores, non ex vano conceptu hæc ſcribo, at in ſpiritu video, cum nos adepti a quatuor angulis terræ redibimus, nec amplius timebimus, & Domino Deo noſtro gratulabimur. Cor meum inaudita murmurat, ſpiritus meus in bonum totius Iſraelis Dei in pectore pulſat. Hæc præmitto in mundum præconis inſtar, ut non inutilis mundo ſepeliar. Eſto Liber meus præcurſor Eliæ, qui paret viam Domini regiam (Mal. 4,5.) & utinam quilibet ingenioſus artem hanc calleret,

calleret, tum copioſiſſime abundante auro, argento gemmisque nullus hæc magnifaceret, niſi quatenus ſcientiam continerent. Tunc tandem virtus nuda ob ſui ipſius naturam amabilem in honore haberetur. Novi plurimos artem poſſidentes, veramque ejus notitiam, qui omnes ſilentium ſecretiſſimum habent in votis. Ego vero ob ſpem, quam in Deo meo habeo, aliter judico, quare librum hunc conſcripſi, de quo nullus fratrum meorum adeptorum (qui buſtum quotidie verſor) novit. In fide enim firmisſima Deus requiem cordi meo dedit, credoque ſine dubio, quod Domino creditori, mundoque proximo, Iſraeli præcipue, ſim hac via ſerviturus hoc Talenti mei uſu, & ſcio nullum poſſe talentum ſuum tantum in fœnus proferre: prævideo namque centenos aliquot forte hiſce meis ſcriptis fore, illuminatos. Ea propter cum carne & ſanguine non contuli. Conſenſum fratrum in hoc ſcribendo non ſum aucupatus. Faxit Deus, pro nominis ſui gloria, ut quem expecto, finem conſequar, tum ſaltem gaudebunt, quotquot me norunt adepti, quod hæc publicarim.

§. 4.

Robertus Boyle *in Tentaminibus Phyſiologicis p. 31.* dicit: Paracelſus *de Mineralibus Tractat. I.* quatuor *Talci* ſpecies enumerat, rubeam, albam, nigram, & luteam, & fortaſſe hæ ſingulæ varias mineralis hujus ſpecies complectuntur. Ideoque non male a ſcriptore illo, poſtquam varia Marchaſitarum, Lapidum, aliorumque mineralium genera recenſuiſſet, in eodem tractatu adjungitur: Sed & hoc verum eſt, in terra multa adhuc condi, quæ mihi incognita ſunt, ſed eadem nec alii norunt. Certum ſiquidem eſt, progreſſu temporis tot tamque varia a Deo adhuc

proditum iri, de quibus nemo noſtrum necdum unquam ſomniavit.

§. 5.

Ad eaque nos jam deveniſſe tempora teſtatur *Excell.* D. Frider. Hoffmannus *in diſp. de potentia Diaboli in corpora:* Major, *inquiens*, lux veritatis ubique ferme in animis hominum viſitur, artes & ſcientiæ ad ſummum culmen evehuntur, rationis ſtudium eſt maximum.

§. 6.

b) *Secundum quam etiam inventa multa non ſolum, ſed & pulcra invenienda, multo tempore*) Omiſſa hæc verba ab autore, Græco textu id poſtulante, translata appoſui.

CAP. XLV.

QVod autem adeo prolixe(*a*)hanc tractaverim materiam, nec vos, B. L. pœniteat, nec me quoque. *Sunt* enim (ut Plinii junioris *l. 2. Epiſt. 5.* verbis utar:) *quædam adoleſcentium auribus danda, præſertim, ſi materia non refragetur.* Videlicet, quia animo noſtro eſt, *non umbratilem* plantarum emortuarum reſurrectionem oculis uſurpare, *ſed veram*, ſolidam, corpoream atque integerrimam; ideo in ſpeculo ejus imaginem hoc diſcurſu contemplandam offerre volui.

COMMENTARIVS AD CAP. XLV.

§. 1.

a) A*Deo prolixe hanc tractaverim materiam*) Cum in forma primum programmatis, poſtea vero diſſertatio-

tationis hoc thema autor tractaverit, ſatis certe prolixe egit, verum pœnitendam materiam nec ſibi, nec aliis forſitan, ſed longe jucundiſſimam. Magnopere exoptanda fuiſſet ab ipſo Autore uberior ejus rei integro libro explanatio, cui præ cæteris par erat Excellentiſſimus autor, varia eruditione pariter ac numeroſiſſima & curioſiſſima Bibliotheca inſtructiſſimus. Nec dubito, quin feciſſet, niſi prætmatura ejus mors tam egregiæ rei obicem poſuiſſet. Vtinam doctiſſimus filius Dominus Profeſſor Hafnienſis in reliquis veſtigia parentis optime premens, in his quoque adderet, quæ addenda ipſe reliquerat! Ego interea multa, quæ legi, vel feci, & quæ potui, addidi, plura adjecturus, ſi librorum plurium hac de materia copia mihi detur.

Cap. XLVI.

PAtet campus latiſſimus æque, ac lætiſſimus. Venite exoptatisſimi Hoſpites! Videte ſolertiſſimi juvenes, qui ad χαριεστάτων chorum adſpiratis, naturam (*a*) in natura, (*b*) cujus miniſterium ſubire avetis. Obtemperate dicto φιλοβοτανωτάτου Dioſcoridis *in præfat. ad* Arejum *f. m. 2.* dicentis: Τὸν δὲ βουλόμενον ἐν τούτοις ἐμπειρίαν ἔχειν, δεῖ κατάγε τὴν ἀρτιφυῆ βλάστησιν ἐκ τῆς γῆς, ἀκμάζουσι, καὶ παρακμάζουσι περιτυγχάνειν· Οὔτε γὰρ, ὅτι βλάστῃ ἐντετυχηκὼς μόνον, δύναται τὸ ἀκμάζον γνωρίσαι· Οὔτε ὁ ἑωρακὼς τὰ ἀκμάζοντα, τὸ ἀρτιφυὲς ἐπιγνῶσαι. Παρὰ γὰρ τοὺς μετασχηματισμοὺς τῶν φύλλων, καὶ τὰ μεγέθη τῶν καυλῶν καὶ ἀνθῶν, καὶ καρπῶν ἄλλας ἰδιότητας, μεγάλη πλάνη γίνεται ἐπ' ἐνίοις τοῖς μὴ οὕτω τὴν θέαν ποιησαμένοις. *h. e.* Vertente Joh. RVELLIO Sueſſionenſi *p. m. 4. ſeq. Quare, cui in animo eſt, horum peritiam (c) aſſequi, neceſſe eſt, eam prima germinatione ſolo emergentibus, adultis, & ſeneſcentibus adeſſe. Nam qui pullulanti herbæ duntaxat adſtiterit, adultam cognoſcere non poteſt: neque qui adultam* tam-

tantum inſpexerit, nuper erumpentem noſcet. Quo fit, ut propter mutatam foliorum faciem, caulium proceritates, florum ſeminisque magnitudinem, & id genus alias peculiares notas nonnulli, qui olim has rerum varietates non perſpexerint, magno in errore verſentur.

COMMENTARIUS
AD CAP. XLVI.

§. 1.

a) N*Aturam*) Per naturam optime intelligi puto ſpiritum Domini, qui implet orbem terrarum Sap. I, 7. Qua de Autor der entdeckten Krufft natürlicher Geheimniſſe *in præfat. ait*: Die Natur iſt die allmächtige Würckung des Höchſten / wie er ſelbige von Anfang der Welt in die Materie geleget / und dadurch noch heut zu Tag alles in der rechten Ordnung erhält / und regieret; Ein Werckzeug GOttes / Inſtrumentum providentiæ, Dei artificioſum organum, ars Dei.

§. 2.

Athanaſius Kircherus de arte Magnetica l. 1. part. 2. p. 37. ex *Thoma*, quod eſt, *inquit*, ars in homine, hoc Natura in Deo eſt; juxta illud *Platonis*, ἡ Φύσις, τέχνη τοῦ Θεοῦ: Natura ars Dei; & juxta *Rambam*: הטבע היא מעשה המלאכת יהוה: Natura opus artis Dei.

§. 3.

D. Edmundus Dickinſon *in Phyſica veteri & vera p. 606. ſeq.* Spiritus, *inquit*, Dei per motum materiæ, quem cieri juſſit, creabat eam potentiam, quam *natu-*

ram

ram dicimus. Illa enim nihil aliud eſſe videtur, quam motus materiæ, qui fit ſecundum leges, quas Deus φυσιάρχης in initio ſanciebat.

§. 4.

D. Henr. Kuhnrath *quondam P. P. Med. Lipſienſis in amphitheatro ſapientiæ æternæ, quid* eſt, *inquit* רוּחַ אֱלֹהִים Ruach Elohim, qui incubabat Aquis Gen. I, 2. *Et reſpondet:* רוּחַ אֱלֹהִים Ruach Elohim, eſt ſpiritus, ſpiraculum, Anhelitus יְהוָֹה ſancti ſanctus; vapor virtutis Dei omnipotentis atque omnitenentis, & EMANATIO quædam, emiſſiove fœcunditatis vitalis, primi ſummique motoris vivifica atque virtuoſa, e profundiſſimo divinitatis ſuæ receſſu; idearum videlicet, ſive exemplarium, ſpecierum, rationum ſeminarium, primordialium & radicalium, voluntatum, opificum, & cauſarum effectricium, in Archetypi opificis ſummi mente חָכְמָה Hhochmah in *ſapientia*, Bonitate ejus cauſante eas, conceptarum atque præexiſtentium, rerum omnium in mundo poſtea futuro, producendarum & fiendarum. (*Philoſophico vocabulo pro* faciendarum.) Quæ (Elohim creatore & conditore, verbo ſuo, dicente ac præcipiente Gen. I, 3.) res omnes, quas extare voluit, in hoc Theatro mundano, produxerunt, eſſeque fecerunt: in globo ſublunari, veſtitæ terra & aqua, ὕλη ſive materia prima, communi & univerſali, cœli interventu. Addo: Ruach ELOHIM eſt μορφὴ, ſive *forma* rerum omnium interna, ἐσιώδης & Eſſentialis: Mundi ANIMA univerſalis: Virtus ſubſtantialis, per ſe ſubſiſtens, cauſa omni creaturæ, mundi hujus ſubſiſtendi: ESSENTIA (quia increatus) vere QVINTA: &, ut voce dicam uſitatiſſima, ipſiſſima ſubſtantificaque rerum NB, *NATVRA*,

Dei Numen, & divina ratio, toti mundo ejusque partibus inſita, parens, rerumque harum opifex. Vnus (eſſentia & numero) hic Dei ſpiritus eſt; una univerſitatis conſpicuæ & corporeæ, hujus unius anima catholica, πολυποικίλος tamen, hoc eſt multiformis (Sap. VII, 22. Eph. III, 10.) & variæ ejus radii atque ſcintillæ per totius ingentem materiei primæ maſſæ molem, hinc inde diſperſæ ac diſſipatæ: inque mundi partibus, disjunctis etiam & loco & corporis mole, nec non circumſcriptione, poſtea ſeparatis, disjunctim & ſeparatim innumeræ, unius animæ univerſalis ſcintillæ, nunc etiam inhabitantes.

§. 5.

Idem Khunrathus *ibid.* adumbrationem facturus Gymnaſii, quod naturæ eſt ἁγιαστήριον; *ait:* per cœlum, aſtra, terram, mare, aquas, lapides, vegetabilia, animalia, mineralia atque metalla, imo per omnia, quæ aut in utero *Maris*, aut in ventre aut ſuperficie *terræ*, aut ſub coelo naſcuntur, Jehovæ mirabilis *Sapientiam* mirificam in libro *naturæ* catholico ac magno omnipotentiæ Dei omnipotentis digito facto exaratam, numen & lumen naturæ eſſentiale ac realiter exiſtens, ſapientiæ æternæ ſcintillula ſapiens, naturaliter magice manifeſtando indefeſſe docet ac profitetur: quod patres & majores illi doctrinæ filiorum fidelium fideles omnes Magi vel Sophi & Philoſophi priſci (quibus *mundus pro libris*, *hujusce partes & regiones pro chartis*, *fructus innumeri pro literis & linguis*) jam olim ſecundum longum, latum, atque profundum (als hoch-tieff-und weitgelehrte des groſſen Welt-Buchs der Natur admiratores) induſtria varia frequentarunt; omnesque ſtudioſi Philoſophiæ Theoſophicæ, ſolius veræ fideles, etiamnum hodierno die, autorita-

ritate divina & ſapientum exemplo ſapiente, fideliter inviſere (nec equidem fruſtra) haud erubeſcunt: ut nimirum gratia Dei, numine & lumine ELOHIM coelitus afflati atque illuminati, partim ſignatura, diviniſque *naturæ* characterismis Hieroglyphicis, quibus res ipſæ cum hominibus (conf. Job. XII, 8.) Kabalice colloquuntur, & ſe quales ſunt, explicant. Partim vero anatomia Vulcanica ſagaciſſima, ſapientiæ æternæ, ſolius veræ, in univerſo mundano hoc ſapienter manifeſtatæ cognitionem ſolidam atque perfectam etiam phyſice, nec non Phyſico artificialiter ibidem, tanquam ex Philoſophiæ fonte limpidiſſimo, orantes & laborantes, mente, ratione, ac ſenſibus haurirent; Phyſici genuini verique Philoſophi non opinantes, ſed ſcientes, ita fierent: quales plures ſic facti, fiunt, fient. Nam hac philoſophandi methodo orthodoxa vereque Theoſophica, ex creatura, tanquam ex illuſtri & perſpicuo *naturæ* ſpeculo CREATOREM, quæ videlicet æterna ejus tum potentia, tum divinitas Rom. I. v. 20. & quem miſit, JESVM CHRISTVM, *nosmet ipſos*, nec non *naturæ* Numinis & Luminis theſauros inexhauſtos phyſice & philoſophice videre noſſeque poſſumus; deque iisdem ſemper & ubique orthodoxe ac ſapienter philoſophari, beneque vivere & beate mori diſcimus. Quod ſophiſtis monoculis impoſſibile. Hic ſincerioris philoſophiæ apex!

§. 6.

Supra citatus D. Edmund. Dickinſon *in libro de Chryſopœiæ ſive de quinta eſſentia Philoſophorum p. 50. ſeq.* Deus, *inquit*, univerſi materiam ex nihilo repente fecit. Hanc autem materiam non ſolum Hebræi, Phoenices, Aegyptiique, ſed etiam Græci vetuſtiſſimi vocabant

AQVAS:

AQVAS: Eoque nomine immenſam particularum omnigenarum atque laxarum congeriem notabant, prout alibi fuſius & explicatius a me dictum eſt. Stupenda ſane fuit ea minutiarum moles, at valde confuſa, nec non ad inſtar limi ſtagnantis immota, donec eam maximus univerſi conditor ac ſator Deus SPIRITV ſuo movit, hoc eſt, moveri ac penitus agitari juſſit. TVNC PRIMVM NATVRA SPIRARE COEPIT, ATQVE SE ERIGERE. Quippe quia per iſtam motionem vis ea, quam NATVRAM vocamus, univerſæ materiæ fuit donata, atque inſita; nec aliquid majus intelligi per NATVRÆ vocabulum poteſt: quandoquidem motus iſte (quem Θεοῦ Λόγος impreſſit creatæ materiæ) prout hodie cunctas res naturales (donec impleant fatalem ſuam ſortem) conſervat, omnesque generationes in mundo continuat, ita ipſas efficere principio poterat: at ea tamen aſtricta præfinitaque ratione, quæ deinceps explicatius enarratur. Certe quidem, licet hæc commota materia neſciat, quid agit, tam variis attamen, atque tam mirandis modis omnia diſponit ac ordinat; tantaque ratione (leges ipſi a divina ſapientia impoſitas obſervans) res univerſi gerit, ut cuncta ſcire, cuncta intelligere videatur. Ita nihilominus, ut quicquid unquam a motu fieri putemus, ab ipſo Deo factum fuiſſe credendum ſit.

§. 7.

Naturam principium eſſe creationis internum, Jo. Henr. ALSTEDIVS *Phyſicæ Moſaicæ c. 2.* his verbis demonſtrat: Principium creationis internum commune eſt, NATVRA, quæ eſt principium motus & quietis. Gen. I, 11. ubi DEVS dicit: Germinet Terra. NATVRA EST IPSA ΘΕΟΥ͂ ΦΩΝΗ͂. Ecce ſapientiſſimus Architectus

indidit

indidit terræ hanc NATVRAM, propagationis ſeu germinationis virtutem. NATVRA itaque nihil eſt aliud, quam organica ordinaria vis, a Deo indita rebus creatis. Quod ergo terra e gremio ſuo nobis fundit tot divitias, quod herbæ ſemen emittunt, quod aliæ arbores ex aliis pullulant, id totum manat ex iſto DEI VERBO. Si quæras, qui fiat, quod ex ſemine germen naſcatur, ſingulaque genera quotannis ſuboleſcant, ne longe abeas, MOSES reſpondebit: quia ſemel locutus eſt Deus, ſuumque æternum decretum protulit: Terra autem & quæ ex ea proveniunt, DEI MANDATO, quod ſemper exaudiunt, creaturæ præbent obſequium. *Citante* D. Jo. Rud. Camerario *Memorabilium Medicinæ arcanorum Centur. III. num. IV. p. 142.*

§. 8.

b) In natura) Qua de re D. Jo. Rud. Camerarius *in memorabil. medicinæ arcanorum cent. III. num. XX. p. 151.* Egregie: In Herbis, *inquit*, nihil parvum, nihil contemne.

Quare,

\- - - - mentes adhibere fidemque
Mortales, multa ſcrutati indagine, Numen
Non deerit, ſuperique volunt ſua munera quæri;
Magnus ineſt Herbis vigor, & vis inſita cœlo
Graminibusque ſua eſt vel vilibus addita virtus.
Nilque adeo abjectum eſt, nihil eſt tam vile, ſacratum
Quin Medicamen habet: bulbo, malvæque poteſtas
Eſt ſua & urticis - - - -

ex Camerarii *præfat. hort.*

Et *ibid.* num. XXI. *omnem plantam Dei indicem eſſe aſſerit:*

Aut mihi planta ſuis Numen demonſtrat in herbis,
Præſentemque refert una vel herba Deum;
Aut operis ſeries autorem tota recenſet,
Qui facit, & læto cuncta vigore fovet,
Emicat ex ipſis Divina potentia campis:
Et levis eſt ceſpes, qui probet eſſe DEVM.

Ex Joh. Stigelio. Quibus aſſentitur M. Guil. Laurenberg. *in Botanothecæ dedicat.* Ex herbis, *inquiens*, quarum quæque creatorem ſuum refert, Dei ſapientiam & potentiam agnoſcamus & admiremur, qui ſingulis ſuas indidit operatrices virtutes, quibus generi humano proſunt.

Lipſius *l. 2. de conſtantia c. 2.* cit. D. Jo. Rud. Camerario *ib. n. XXII. p. 152.* Quæ illa, *inquit*, tam rigida mens, quæ inter hæc non flectat ſe molli aliqua cogitatione, & liqueſcat? Jam ades curioſe tu oculè: defigere paullum in nitores iſtos & pigmenta, inſpice hanc nativam purpuram, hunc ſanguinem, hoc ebur, hanc nivem, hanc flammam, hoc aurum: & tot colores, quos artifici cuique penicillo æmulari fas; æmulari, ſed non imitari; denique quis exhalans ille odor? quis penetrans ſpiritus, & neſcio quæ pars ætheræ auræ infuſæ ab alto?

§. 9.

Camerarius *in præfat. hort.* hortulum Naturale Muſæum, Mauſeolæo ſplendidius deſcripturus: Hoc igitur, *inquit*, quaſi refugium quoddam & receſſum liberalem vel potius Muſæum jucundiſſimum, ab ipſa NATVRA, tot herbis, arbuſtis ac arboribus inſtructum ac exornatum quis non amplecteretur? quis non fateretur etiam marmora nitidiſſima regiarum picturasque ſplendidiſſimas ac alia præclara artificia ab illis longiſſime ſeparari? cit. *Eod.* Camerario *l. c. num. XXIII. p. 152.*

§. 10.

§. 10.

c) *Peritiam aſſequi*) Talia etiam habet autor noſter in CHLORIDE PALATINA, quando §. 12. Admodum, *inquit*, ſalubre eſt conſilium *Excell. Dn.* D. Sebaſtiani Scheffери, *Phyſ. Francofurt. celeberrimi*, *Acad. Nat. Curioſ. Adjuncti graviſſimi*, *amici mei nunquam reconciliati in aurea introductione Conringiana cap. X. §. 6.* inquientis: Ne vero plantarum varia illa facie, quam ætas efficit, decipiaris, diligenter obſervandum fuerit, quomodo ſingulis ætatibus ſuis ſeſe plantæ habeant, & quas mutationes patiantur. Vnde patet in illum finem perreptandos eſſe montes, ſylvas & convalles ſcrutandas, lacus etiam & ſtagna eſſe perveſtiganda, atque ita hinc inde omnifarii generis plantas conquirendas, quin & peregrinis in locis idem faciendum; cumprimis vero ſectanda illa loca, quæ vario plantarum proventu præ reliquis fecunda ſunt.

§. 11.

Et paulo ante §. 11. 12. increpat eos, qui ſolis herbarum picturis delectentur & fallantur, *his verbis*: Nonnulli viarum & montium tædio perterriti, reformidant quoque inacceſſa præcipitia, ubi rupes propendentes præumbrant valles egelidas ſua proclinatione, nec viribus languere, nec ſudore diffluere nec moroſa torqueri ſibi diſcupiunt; ſed potius latebras quærunt domi, glebæque ſuæ adhærentes,

- - - - - *ubi gratior aura*
Leniat & rabiem Canis, & momenta Leonis,
Cum ſemel accepit ſolem furibundus acutum.

Vti habet Horatius *l. 1. Epiſt. 10. v. 15.* Qui ſolis herbarum picturis delectantur, ſicuti olim Cratevas, Dionyſius, Me-

trodorus pinxere effigies herbarum, atque ita ſubſcripſere effectus; apud Plinium XXV. 2. *Verum* eodem *Plinio* rectiſſime ibidem cenſente, *& pictura fallax eſt, & coloribus tam numeroſis* (hinc Spigelius *Iſagoge in rem herbariam l. 1. c. 12.* pictores optimos adiit, qui cunctas exprimerent, ſed nullum unquam, qui id præſtaret, invenire potuit) *præſertim in æmulatione naturæ multum degenerat tranſcribentium ſors varia. Præterea parum eſt, ſingulas earum ætates* pingi, cum quadripartitis varietatibus anni faciem mutent.

§. 12.

Ibidem §. 13. nolumus tamen omnes Iconas affabre pictas rejicere, quin aliquanti eſſe ſubſidii permittemus. Tales ſcriptores botanici cum figuris laudantur a Thoma Pancovio *in præfatione ad Lectorem Herbarii portatilis ſeqq. Dioſcorides, Matthiolus, Cluſius, Lobelius, Dodonæus, Tabernæmontanus, Fuchſius, Camerarius, Lonicerus, Severtius, Petrus de Creſcentiis, Q. Apollinaris, Guilielmus Piſo, Georgius Marcgravius de Liebſtett, Hortus Eichſtettenſis.* Ipſemet quoque *Pancovius* addendus, qui figuras a *Leonh. Thurnbeuſero* olim collectas & factas per artificem Holtzmeyer publici juris fecit. Huc refero meritiſſimo ſuo *Hortum Eichſtettenſem* miro artificio coloribus debitis eximie illuſtratum, quem vidi cum voluptate apud Reverendiſſimum & Celſiſſimum Principem & Præpoſitum Elvacenſem *Dn. Joh. Chriſtophorum Adelmann ab Adelmansfelden*, Dominum meum, dum viveret, benigniſſimum. Eundem parili modo coloribus vivis quaſi exornatum conſpexi in celeberrima illa Bibliotheca Norimbergenſi, ut multæ virgines curioſæ pro ſuis laboribus inde mutuentur deſcriptionem. Maxime autem admiratus ſum

duo

duo talia plantarum & florum affabre pictorum volumina in ſplendidiſſima Bibliotheca Hafniæ; quorum alterum e charta, alterum e Pergamena. Sic ſpecimina artis hujus egregia dedit Maria *Sibylla* Gräffin / nata Meriana, lib. der Raupen wunderbare Verwandelung / und ſonderbare Blumen-Nahrung, Norimb. 1679. in 4. quam Francofurti ad Mœnum vidi ſolertiſſime flores depingere varios & herbas ad vivum, ut vocant, & cælo in ære ſculpere docta manu & ſagace. Alia quoque elegantiſſima vidimus olim Norimbergæ, edita manu agili Nobiliſſimæ Virginis *Suſannæ Barbaræ*, viri ſummi *Jo. Georg. Volcammeri* beatiſſ. memor. filiæ probisſimæ, quale & benevole inſevit An. 1690 Philothecæ filii mei natu maximi, quod merito ſuo admirati ſunt Celeberr. *Nehem. Grew* in Anglia, aliique viri docti. Ideoque veneramur labores & ſumtus Clariſſimi *D. Jacobi Breunii* Gedanenſis, amici ante biennium in thermis Wisbadenſibus acidulisque Svvalbacenſibus gratiſſimi, æternumque grati; qui exoticas inſigni cura indefeſſaque diligentia nullis parcens ſumtibus oculis curioſorum elegantiſſime expoſuit *Gedani* 1678. *in Folio.* Nec inglorius abeat florentiſſimus *hortus Indicus Malabaricus* adornatus per nobiliſſimos *D. Henricum van Reede, van Drakenſtein & D. Joh. Cæſarium:* quemque Cl. *Arnoldus Syen*, longiore vita digniſſimus, ut & *D. Joh. Commelinus* notis & Commentariis egregiis exornarunt in Fol. Amſtelod. 1678. & 79. Spesque nos alacriter ſolatur, quam laudatus SYEN *in notis dicti horti f. m. 110.* habet, fore, ut Nobiliſſ. Dn. *D. Hermans* (hodie Cl. Profeſſor Botanicus Lugduni Batavorum) ſuo tempore exactiſſimam Cinnamomi, omniumque plantarum Ceylonenſium hiſtoriam poſteritati invidere noluerit. Eandem ſpem nobis adauxit Nobiliſſimus D. J. O. *Helbigius* P. P. Archia-

chiater, Conſil. Seren. El. Palat. Fautor & Collega ſuaviſſimus, qui in India Orientali familiarius illum norat; & in Europam reducem erat comitatus. Interim orbi erudito ſatisfecit laudatus Dn. Paullus Hermans, mihi & filio meo, dum viveret, amiciſſimus, & poſt fata adhuc venerandus, ubi Horti *Academici Lugduno Batavi Catalogum* exhibuit, in quo plantarum omnium nomina, quibus ab anno 1681. ad annum 1686. hortus fuit inſtructus, ut & plurimarum in eo cultarum, & a nemine hucusque editarum deſcriptiones & Icones *Lugd. Bat.* apud *Cornelium Bonteſteyn* 1687.

§. 13.

Sed ad propoſitum redeamus, a quo pauliſper deceſſimus: *In diſſertatione, dicta* ΑΝΘΕΣΦΟΡΙΑ *Palatina* §. 15. Sed nec una, *inquit*, ſufficit inſpexiſſe vice, quin quamplurimis; ideo ſaluberrimum ſequamur monitum Principis βοτανολογούντων *Pedanii* (ita enim, neutiquam vero *Pedacii* legendum vult P. Lambecius *Comm. de Biblioth. Cæſar. l. 2. c. 7. §. 9. f. m. 590. ſqq.*) Dioſcoridis *Anazarbenſis in præfatione æterni operis ad Arejum*, ita ſcribentis: τὸν δὲ βουλόμενον ἐν τούτοις ἐμπειρίαν ἔχειν, δεῖ κατὰ τὴν ἀρτιφυῆ βλάστησιν ἐκ τῆς γῆς, ἀκμάζουσι καὶ παρακμάζουσι παρατυγχάνειν· οὔτε γὰρ, ὅτι βλάστῃ ἐντετυχηκὼς μόνον, δύναται τὸ ἀκμάζον γνωρίσαι. Οὔτε ἑωρακὼς τὰ ἀκμάζοντα, τὸ ἀρτιφυὲς ἐπιγνῶναι. Παρὰ γὰρ τοὺς μετασχηματισμοὺς τῶν φύλλων, ἢ τὰ μεγέθη τῶν καυλῶν, καὶ ἀνθῶν, καὶ καρπῶν, καί τινας ἄλλας ἰδιότητας, μεγάλη πλάνη γίνεται ἐπ᾽ ἐνίοις τοῖς μὴ οὕτω τήν θέαν ποιησαμένοις. Παρὰ ταύτην γοῦν τὴν αἰτίαν, τινὲς τῶν ἀναγραψάντων ἐπλανήθησαν, εἰπόντες, τινὰ μήτε ἄνθη, μήτε καυλὸν, μήτε καρπὸν φέρειν. Καθάπερ ἐπὶ τῆς ἀγρώστεως, καὶ βηχίου, καὶ πενταφύλλου. Ὁ δὲ πολλάκις ἐντετυχηκὼς αὐτοῖς, καὶ ἐν πολλοῖς τόποις μάλιστα τὴν ἐπίγνωσιν ποιήσεται. Id eſt, interprete *Marcello* Virgilio: Oportere hominem, qui velit omnium peritus eſſe, a pri-

mo ex terra eorum ortu, donec integra ætate abſolvantur, & cum ab ea dilabuntur, illis adfuiſſe. Neque enim, qui, cum primum e terra ſe proferunt, illis tantum adfuit, integram eorum ætatem intelligere poteſt: nec qui integram ætatem ſolum obſervavit, primos eorum ortus cognoſcere. Foliorum ſiquidem transformationibus, cauliumque & florum, & ſeminum magnitudinibus, nec minus proprietatibus aliis quibusdam, graviter decipiuntur, qui hac ratione cuncta hæc non obſervaverint. Vnamque hanc ob cauſam eorum, qui hæc tradiderunt, decepti ſunt aliqui: nec florem, nec caulem, nec ſemen ferre aliqua aſſerentes, veluti gramen, tuſſilaginem & quinquefolium. Qui vero ſæpius multisque locis ea obſervaverit, hic maxime noviſſe ea poterit.

§. 14.

Ad herbarum autem notitiam feliciter aſſequendam, rariſſima ſolum natale, juſtumque earum tempus obſervanda ſunt, de quibus optime THEOPHILVS KENTMANNVS, *Medicus celeberrimus*, TABVLAM HERBARVM hoc modo exhibet:

§. 15.

I. JANVARIVS.

1. *Hortus.* 2. *Viridarium.*

Helleborus niger flore herbaceo & flore albo.

§. 16.

II. FEBRVARIVS.

1. *Stagnum.* 2. *Lacus.* 3. *Palus.* 4. *Ripa.* 5. *Vligo.* 6. *Scrops.* 7. *Locus humidus.* 8. *Pratum.*

Tuſſilago, Petaſites flore rubro major, minor flore albo. Saxifra-

xifragia aurea Dodonæi. Leucoium bulboſum Theophraſti. Bellis minor.

9. Hortus. 10. Viridarium. 11. Pomarium. 12. Cæmeterium.

Buxus. Pſeudo-Helleborus, *qui in Thuringia, clivis & collibus ac juxta vias quandoque abundat.* Leucoium bulboſum, *quod alias ſylvis gaudet.* Narciſſus luteus præcox. Aconitum hyemale, crocus vernus, variis florum coloribus. Corylus ſativus florens.

13. Sylva. 14. Nemus. 15. Vinea. 16. Maceries.

Avellana Sylveſtris florens. Alnus florens. Populus Lybica ſeu tremula florens. Avellana domeſtica florens. Paronychia. Alſine folio Lobelii.

17. Mons. 18. Loca clivoſa. 19. aſpera & ſaxoſa.

Chamelæa, Thymelæa florentes.

§. 17.

III. MARTIVS.

1. Stagnum. 2. Lacus. 3. Palus. 4. Mare. 5. Flumen. 6. Fons. 7. Ripa. 8. Vligo. 9. Scrops. 10. Locus humidus.

Populus alba & nigra. Salix *& quidem* alba perticalis vulgaris. Salix punicea Tabernæmontani. Salix vitellina viminalis. Salix platyphyllos prima & ſecunda Thalii. Salix anguſtifolia Pannonica Cluſii. Chelidonium minus. Vinca pervinca. Pulmonaria maculoſa & immaculata, *quæ alias dumetis & ſylvis opacis gaudet æque ac* pulmonaria anguſtifolia Auſtriaca tertia Cluſii.

11. Pra-

11. *Pratum.* 12. *Campus.* 13. *Paſcuum.* 14. *Solum herboſum.*

Vlmus campeſtris. Arum. Primula veris pallidior, & odora lutea. *Pallidior maxime ſylvis æque ac Arum, gaudere ſolet.* Jacea *ſeu* herba Trinitatis, *illa nempe, quæ aliis* Viola bicolor arvenſis eſt. Ornithogalum luteum, *quod* & Bulbus ſylveſtris *dicitur.* Burſa Paſtoris loculo oblongo minor Caſp. Bauhini.

15. *Hortus.* 16. *Viridarium.* 17. *Pomarium.* 18. *Cœmeterium.*

Vva ſpina ſativa. Cornus florens. Chamæciſſus. Hyacinthus & quidem Botryoides cœruleus. Viola purpurea alba & incarnata ſimplex. Amygdalus flore Armen. florens. Viola latifolia flore purpureo Dalechampii ſeu Bulbonach.

19. *Sylva.* 20. *Nemus.* 21. *Saltus.* 22. *Frutetum.* 23. *Dumetum.* 24. *Convallis.* 25. *Collis umbroſus* 26. *Locus opacus.*

Viſcum. Trinitas. Squamaria. Alſine *vulgatior & illa, quæ foliis hederaceis eſt.* Moſchatella Cordi. Fumaria bulboſa. Radix non cava. Tithymalus ſylvaticus, verno tempore rubens.

27. *Ager.* 28. *Agrorum margines &c.*

Radix cava florens, dumetis etiam umbroſis delectatur.

29. *Sabuletum.*

Pulſatilla florens.

30. *Sepes.* 31. *Ruina.* 32. *Maceries.* 33. *Agger.* 34. *Via.* 35. *Semita.* 36. *Mons.*

Alſine verna glabra *Lugd.* Vva ſpina ſylveſtris. Prunus

ſylveſtris. Burſa paſtoris. Chamæciſſus. Senecio. Radix cava & radix non cava (*quæ alias dumetis juxta vias abundant.*) Alſine minor. Vlmus montana.

§. 18.

IV. APRILIS.

1. *Stagnum.* 2. *Lacus.* 3. *Palus.* 4. *Mare.* 5. *Fons.* 6. *Flumen.* 7. *Ripa.* 8. *Vligo.* 9. *Scrobs.* 10. *Locus humidus.*

Alnus. Myrica. Caltha paluſtris. Tithymalus paluſtris fruticoſus Caſp. Bauhini. Trifolium paluſtre, *maxime, ſi hyems præcedens mitior.* Colchicum, *quod ſæpius hyeme tepidiore præceſſa, tempore verno florens offenditur, quod &* Geſnerus, Cluſius & alii *annotarunt.*

11. *Pratum.* 12. *Campus.* 13. *Paſcuum.* 14. *Solum herboſum.*

Taraxacon. Ranunculus auricomus Lobelii. Naſturtium pratenſe vulgatius. Gramen hirſutum exile Cyperoides. Alſine foliis Veronicæ Tabernæmontani. Alſine foliis Triſſaginis Lobelii. Phu minimum, ſeu Lactuca agnina.

15. *Hortus.* 16. *Viridarium.* 17. *Pomarium.* 18. *Cœmeterium.*

Ribes minus & majus, quoad fructum. Caſtanea florens. Ceraſa florentia. Perſica florentia. Pyrus florens. Iuglans florens. Bellis ſativa variis florens coloribus. Ranunculus nemoroſus flore pleno *a* Cluſio *depictus.* Aſparagi Cymæ *ad delicias menſarum carpuntur.*

19. *Sylva.* 20. *Nemus.* 21. *Saltus.* 22. *Frutetum.* 23. *Dumetum.* 24. *Convallis.* 25. *Collis umbroſus.* 26. *Locus opacus.*

Aſa-

Aſarum. Betula. Ribes nigra. Quercus. Fagus. Caſtanea. Pyrus ſylveſtris florens. Alleluja. Fragaria florens. Orobus vernus ſylvaticus Thalii. Ranunculus nemoroſus albus, & purpureus.

27. *Ager.* 28. *Agrorum margines.* 29. *Arvum.* 30. *Seges.*

Iuglans florens, *ubi ſpontanea eſt.* Allium urſinum, *quod alias loca ſylvoſa & frutetoſa opaca ſequitur.* Alſines ſpecies. Alſine hiſpida major & minor Caſp. Bauhini. Alſine parva erecta foliis Alſines hederaceæ ſed rutæ modo diviſis Lobelii. Ornithopodium. Burſa Paſtoris minor.

31. *Vinea.* 32. *Collis apricus.* 33. *Tractus aridus.* 34. *Sabuletum.* 35. *Locus ſiticuloſus.*

Perſica florens. Amygdalus florens. Conſolida media, *quæ alias pratis & ſylvis delectatur;* Conſolida major, ſecunda ſpecies Thalii. Buphthalmum Matthioli & Tragi, quod tamen Julio floret. Prunella. Tithymalus *maxime* Cypariſſius. Tithymalus helioſcopius.

36. *Sepes.* 37. *Ruina.* 38. *Maceries.* 39. *Viæ.* 40. *Agger.* 41. *Semitæ.*

Meſpilus florens. Fragaria florens. Adiantum *ſive* Paronychia Matthioli. Vrtica mortua. Vrtica non mordax vulgaris fœtens purpurea Lobelii. Spergula ſaginæ, *quæ etiam agros amat.* Cauda muris.

42. *Mons.* 43. *Petra.* 44. *Loca clivoſa, aſpera & ſaxoſa.*

Aſarina. Prunella. Saxifragia hircina. Helleborus albus, licet apud nos tantum hortenſis. Tithymalus. Polygonum brevi anguſtoque folio Caſp. Bauhini. Polygonum tertium Tabernæmontani oblongo anguſtoque folio.

§. 19.

V. MAJVS.

1. Stagnum. 2. Lacus. 3. Palus. 4. Mare. 5. Fons. 6. Flumen. 7. Ripa. 8. Vligo. 9. Scrobs. 10. Locus humidus.

Pſeudacorus. Oxylapathum. Hippolapathum. Ranunculus fluviatilis Tabernæmontani. Plantago aquatica. Nymphæa alba & lutea. Quinquefolium paluſtre. Sambucus aquatica. Alnus foetida ſeu frangula. Angallis aquatica foliis rotundis major & minor, item foliis oblongis major & minor. Viola aquatilis altera Dodonæi.

11. Pratum. 12. Campus. 13. Paſcuum. 14. Solum herboſum.

Chamæiris (forſ. Chamædris.) Acetoſa. Orobanche. Ophiogloſſum. Orchis & hujus aliquot ſpecies. Palma Chriſti. Satyrion. Betonica. Biſtorta. Caryophyllata. Gramen vulgatius Lobelii. Gramen perenne Cam. Gramen Matthioli vulgare (in prima illa editione putatum.

15. Hortus. 16. Viridarium. 17. Pomarium. 18. Cœmeterium.

Iris & quidem varietate colorum placens. Chamæiris alba purpureo-violacea repens. Tilia. Staphylodendron florens. Porrum. Berberis. Raphanus ruſticus. Cerefolium. Malus florens. Rha Monachorum. Aſphodelus. Fumaria. Fumaria Hiſpanica. Myrrhis. Caltha. Aquilegia. Rosmarinus. Cheiri ſeu Leucojum. Lupini, *qui alias Julio vigere & florere ſolent.* Pœonia mas & fœmina. Coluthea *nempe* ſcorpioides prima Cluſii, non illa vulgaris. Fraxinella, *quæ Thuringiæ collibus & ſylvis quibusdam familiaris eſt.*

19. Sylva. 20. Nemus. 21. Saltus. 22. Frutetum. 23. Dumetum. 24. Convallis. 25. Collis umbroſus. 26. Locus opacus.

Myrtillus. Lilium convallium. Rubus. Herba Paris. Fungi. Tubera. Ophris. Aſtragalus ſylvaticus Thalii. Ceraſus avium nemoroſa florens. Ranunculus ſylvaticus hirſutus magnus platyphyllos.

27. Ager. 28. Agrorum margines. 29. Arvum. 30. Seges.

Orobanche *præſertim cannabinis agris.* Thlaſpi & Scorodothlaſpi, ſeu Thlaſpi vulgatius Drabæ folio Lobelii. Anagallis mas & phœnicea. Coluthea *reponenda inter hortenſes, niſi intelligatur* Coluthea. Scorpioides Cluſii, quæ ſylvoſis & vepretoſis gaudere ſolet collibus.

31. Vinea. 32. Collis apricus. 33. Tractus aridus. 34. Sabuletum. 35. Locus ſiticuloſus.

Ergugium. Geranium *& quidem* ſupinum, & pes columbinus. Piloſella. Saxifragia alba chelidonides Lobelii. Fumaria. Lunaria botryitis. Holoſtium caryophyllæum arvenſe Tabernæmontani. Chondrilla; Dioſcoridis columnæ.

36. Sepes. 37. Ruinæ. 38. Maceries. 39. Agger. 40. Via. 41. Semita.

Acuta ſpina. Berberis. Plantago major, media, minor. Thlaſpi vulgatiſſimum vaccariæ fol. Lobelii. Rubia ſylveſtris. Caryophyllata. Rubus fructu nigro grandis. Rubia fructu cœruleo humilior. Aizoon acre minimum. Sedum ſeu Aizoon inſipidum minimum. Aizoon teretifolium album Lobelii. Aparine lævis & aſpera.

42. Mons. 43. Petra. 44. Loca clivoſa, aſpera & ſaxoſa.

Abies. Juniperus. Aquilegia. Dictamnum album. Marta-

gon ſeu Hemerocallis. Polygonatum latifolium. Polygonatum anguſtifolium; ſed poſteriores ſpecies tantum in montoſis ſylvis provenire ſolent. Rubus Idæus, Lagopus, *qui & arva ſectatur*. Pentaphyllum petræum, quod tamen in Junio floret. Caryophyllus holoſtius Lobelii. Chamædris reſup. collin.

§. 20.

VI. JVNIVS.

1. Stagnum. 2. Lacus. 3. Palus. 4. Mare. 5. Fons. 6. Flumen. 7. Ripa. 8. Vligo. 9. Scrobs. 10. Locus humidus.

Virga Paſtoris. Scordium. Lyſimachia galericulata coerulea Lobelii. Gladiolus paluſtris. Geum paluſtre. Ranunculus Apii folio. Ecchium Scorpioides paluſtre. Serpillum acinarium Geſneri. Conyza aquatica ſerratifolia. Morſus ranæ. Phu minus paluſtre. Alſine paluſtris Tabernæmontani. Alſine muſcoſa Dalechampii.

§. 21.

VII. JVLIVS.

1. Stagnum. 2. Lacus. 3. Palus. 4. Mare. 5. Fons. 6. Flumen. 7. Ripa. 8. Vligo. 9. Scrobs. 10. Locus humidus.

Phu Germanicum Fuchſii. Scrophularia foemina Camerarii. Helenium. Hydropiper. Perſicaria maculoſa. Pulegium. Ereoſelinum. Calamintha aquatica. Potomogeton latifolium, anguſtifolium & reliquæ ſpecies. Cicuta aquatica. Bartzenkraut Geſureci. Aſcyrum. Nummularia. Herba Kunigundis. Potentilla. Equiſetum paluſtre longioribus ſetis, item Equiſetum brevioribus ſetis.

11. *Pra-*

11. Pratum. 12. Campus. 13. Paſcuum. 14. Solum herboſum.

Ariſtolochia. Centaurium minus. Chamæleon niger. Ononis alba & lutea, *in Sileſia frequens.* Paſtinaca ſylveſtris tenuifolia. Alcea, *quæ potiſſimum dumeta aprica amat.* Symphytum majus, flore palleſcente & flore rubro. Euphragia. Euphraſia altera ſeu ſecunda Dodonæi. Stoechas citrina.

15. Hortus. 16. Viridarium. 17. Pomarium. 18. Cœmeterium.

Cyperus. Foenum Græcum. Phaſeoli. Blitum Hungaricum. Beta alba, nigra. Aſparagus altilis. Cucurbita. Pyra. Cucumis. Melones. Lactuca. Siſarum. Eruca. Ocymum. Cepa. Allium ſativum. Sinapi. Piper Indicum. Caryophyllus florens. Glycyrrhiza. Artichochi. Acanthus. Hyſſopus. Salvia. Paſtinaca. Aniſum. Apium. Carduus benedictus. Matricaria flore pleno. Borrago ſemper virens. Borrago vulgaris. Enyngium coeruleum. Oxys corniculata fl. luteo. Cakile ſerapionis.

19. Sylva. 20. Nemus. 21. Saltus. 22. Frutetum. 23. Dumetum. 24. Convallis. 25. Collis umbroſus. 26. Locus opacus.

Clematis altera urens. Agrimonia. Smilax lævis. Ebulus. Sambucus vulgaris, Sambucus montana. Aconitum luteum. Lycoctonon ſerotinum. Lathyris ſylveſtris purpureus Dodonæi. Lathyris ſylveſtris floribus luteis Thalii. Evonymus.

27. Ager. 28. Agrorum margines. 29. Arvum. 30. Seges.

Sorgho. Cicer. Perſicaria arvenſis immaculata. Ononis. Echium. Echium Germanicum ſpinoſum Fuchſii. Bu-

gloſſum

gloſſum vulgare officinale. Agrimonia. Pſyllium. Solanum. Millefolium flore albo. (Millefolium flore incarnato frequens circa Nauendorffium ad radices montis Sereni.) Bardana. Flos Adonis. Ægilops Tabernæmontani prima. Ægilops maceriarum. Anagallis coerulea foemina. Perfoliata.

31. Vinea. 32. Collis apricus. 33. Tractus aridus. 34. Sabuletum. 35. Locus ſiticuloſus.

Telephium. Origanum. Calamintha. Satureia. Serpillum. Melilotus coronata. Artemiſia rubro & viridante caule. Gnaphalium medium & minus. Tanacetum. Hypericum vulgare. Hypericum ſupinum tertium Cluſii. Sferracavallo Germanicum Camerarii. Peplus.

36. Sepes. 37. Ruina. 38. Maceries. 39. Agger. 40. Via. 41. Semita.

Telephium. Cruciata. Calamintha. Aparine. Lithoſpermum. Lithoſpermum nigrum. Clematis altera. Clematis urens. Verbena. Cicuta. Parietaria. Cardiaca. Millefolium. Galium. Ebulus. Ægilops ſeu Lolium Tragi ſecundum.

42. *Mons.* 43. *Petra.* 44. *Loca clivoſa, aſpera & ſaxoſa.*

Meum. Betulus. Allium ſylveſtre. Calamintha montana. Smyrnium. Artemiſia. Androſæmium. Aſcyrum. Aconitum luteum. Napellus. Anthyllis leguminoſa Lobelii flore luteo & pallido. Apium montanum Dalechampii. Aſter conyzoides. Aſter luteus collinus. Jacea nigra anguſtifolia ſeu Cyanus ſylveſtris anguſtifolius major Thalii. Jacea alba & ſecunda Thalii.

§. 22.

§. 22.

IIX. AVGVSTVS.

1. Stagnum. 2. Lacus. 3. Palus. 4. Mare. 5. Fons. 6. Flumen. 7. Ripa. 8. Vligo. 9. Scrobs. 10. Locus humidus.

Siſymbrium, *Menthæ ſpecies.* Botrys, quod *alias clivis apricis gaudet.* Spatula fœtida. Halicacabus. Tribulus aquaticus florens. Gratiola. Anagallis aquatica anguſtifolia minima Caſp. Bauhini. Allium fol. Narciſſinis majus & minus Cluſii. Arundo.

11. Pratum. 12. Campus. 13. Paſcuum. 14. Solum herboſum.

Colchicum. Verbaſcum nigrum, *maxime quod mas dicitur.* Angelica ſylveſtris. Trifolium vulgare album & rubrum. Trifolium luteum minimum Lobelii. Pimpinella. Saxifragia major. Ægylops ſeu feſtuca ſecunda Tabernæmontani. Vlmaria.

15. Hortus. 16. Viridiarium. 17. Pomarium. 18. Cœmeterium.

Frumentum Turcicum ſive Indicum ſeu Bactrianum. Braſſica. Mentha criſpa. Abrotanum florens. Abrotanum Camphoratum florens. Ammi. Menthaſtrum. Majorana Angelica. Cucumis Aſininus. Ricinus. Lathyris. Digitalis rubra. Momordica. Cnicus. Poma frugifera. Poma veneris. Lilium album. Tanacetum Anglicum florens.

19. Sylva. 20. Nemus. 21. Saltus. 22. Frutetum. 23. Dumetum. 24. Convallis. 25. Collis umbroſus 26. Locus opacus.

Erica. Succiſa. Filicum genera. Sonchus Sylvaticus, *&*

Thalii. Auricula muris major Tragi. Polypodium. Lampſana Lobelii. Rhamnus catharticus *baccis onuſtus eſt.*

27. Ager. 28. Agrorum margines. 29. Arvum. 30. Seges.

Milium. Oſyris. Hieracium. Hieracium minus. Hieracium Aphacoides Tabernæmontani. Hieracium minimum Cluſii vel octavum. Hieracium minimum anguſtifolium Caſp. Bauhini. Lappa major capitulis tomentoſis.

31. Vinea. 32. Collis apricus. 33. Tractus aridus. 34. Sabuletum. 35. Locus ſiticuloſus.

Erica. Abrotanum fœmina, in quibusdam regionibus ſpontaneum, aliis tantum hortenſe. Serpillum alterum. Serpillum anguſtifolium inodorum. Virga aurea. Cucumer Aſininus. Mercurialis mas & foemina. Trifolium acutum album. Trifolii lutei Thaliani minor ſpecies.

36. Sepes. 37. Ruinæ. 38. Maceries. 39. Via. 40. Agger. 41. Semita.

Vincetoxicum. Halicacabus. Solanum nigrum. Solatrum vulgare baccis rubris. Acanthium. Carduus viarum vulgatior. Carduus lanceolatus Tabernæmontani. Atriplex parietum canina (*ita legendum puto pro* incana, quod vulgo legunt.) Convolvulus major. Herniaria.

42. Mons. 43. Petra. 44. Loca clivoſa, aſpera & ſaxoſa.

Peucedanum, *quod etiam in quibusdam aridioribus pratis occurrit.* Vincetoxicum. Atractylis. Clinopodium majus & minus. Aſter Atticus. Prunella grandiflora Ericoides lutea Thalii. Campanula rotundifolia minima. Orchis ſpiralis Gemmæ.

§. 23.

§. 23.

IX. SEPTEMBER.

1. *Stagnum.* 2. *Lacus.* 3. *Palus.* 4. *Mare.* 5. *Fons.* 6. *Flumen.* 7. *Ripa.* 8. *Vligo.* 9. *Scrobs.* 10. *Locus humidus.*

Typha florens. Gramen calamogroſtis florens. Millefolium cornutum aquaticum Caſp. Bauhini florens. Millefolium pennatum aquaticum ſpicatum Caſp. Bauhini florens. Hyſſopoïdes Thalii, *quod humidioribus arvorum ſcrobibus frequens.*

11. Pratum. 12. Campus. 13. Paſcuum. 14. Solum herboſum.

Pneumonante florens. Colchicum florens. Gentianellæ ſpecies autumnalis. Gentianella πολυάνθεμος. Drymopogon florens.

15. Hortus. 16. Viridarium. 17. Pomarium. 18. Cœmeterium.

Crocum florens. Cyclaminus florens, Calamenthum montanum præſtantius. Linaria elatior Pannonia coerulea. Alcea cannabina fruticans. Coſtus hortenſis. Mala inſana. Poma Æthiopica. Meliſſa. Molucca. Solanum tuberoſum. Convolvulus coeruleus. Narciſſus autumnalis. Anemone tertia Matthioli in hortis refloreſcens.

19. Sylva. 20. Locus opacus.

Hedera provoluta. Muſci ſpecies.

21. Ager. 22. Agrorum margines.

Tithymalus minimus Tabernæmontani florens. Achillea florens. Carduus avenaceus florens.

23. Locus deſertus.

Carlina ſeu Carduus ſylveſtris Camerarii.

24. Sepes. 25. Maceries. 26. Via. 27. Semita.

Bonus Henricus. Hedera corymboſa. Caryophyllus ſylveſtris.

§. 24.

X. OCTOBER. XI. NOVEMBER. XII. DECEMBER.

Propter aeris inclementiam & Hyemis inſtantiam, rariſſime novas herbas naturaliter his in regionibus proferunt.

§. 25.

Flores, quibus menſibus cernendos exhibeant horti, M. Joh. Georg. Müller/ Paſtor Stutgartenſis in deliciis hortenſibus, das iſt/ Blumen-Artzney-Küchen-und Baum-Gartens-Luſt c. XIX. p. 209. ſeqq. ita deſcribit:

§. 26.

I. Im JANVARIO floriren

Morgen-Narciſſen. Hyacinthus brumalis. Cyclamen hyemale. Elleborus. Aconitum hyemale.

§. 27.

II. FEBRVARIO.

Hornungs-Blumen. Jacobs-Stab. Saffran. Schnee-Tröpfflein (oder Schnee-Glöcklein.) Leucojon *hexaphyllum.* Iris Perſica. Viola Martia. Primula veris. Hepatica nobilis. Aconitum hyemale. Chamælea.

§. 28.

§. 28.

III. MARTIO.

Narciſſus. Crocus. Leucoion trifolium. Cyclamen Britannicum. Chamæiris. Iris Perſica. Viola Martia. Primula veris. Hepatica nobilis. Aconitum hyemale.

§. 29.

IV. APRILI.

Corona Imperialis. Tulipa. Narciſſus. Hyacinthus. Frittillaria. Dens caninus. Ranunculi. Anemone. Chamæiris. Iris Florentina. Lilium convallium. Viola Martia. Bellis. Lunaria Græca.

§. 30.

V. MAJO.

Tulipa. Narciſſus nobilis. Hyacinthus. Lilium cruentum, purpureo-croceum. Ornithogalum. Victorialis herba. Poeoniæ. Ranunculi. Anemone. Irides. Asphodelus. Lilium convallium. Orchides. Caryophyllus plumarius. Lychnis coronaria. Aquilegia. Thalictrum. Bellis. Vmbilicus veneris. Millefolium. Lunaria Græca. Galega. Blattaria. Calendula. Geranium Moſchatum. Digitalis. Flos Trinitatis.

§. 31.

VI. JVNIO.

Iris bulboſa. Lilium album. Hemerocallis. Ornithogalum Anemone. Iris Mariana. Asphodelus. Caryophylli. Carthäuſer-Nägelein. Viola Matronalis. Lychnis Chalcedonica & coronaria. Clematis Pannonica. Thalictrum. Opuntia. Bellis. Vmbilicus Veneris. Millefolium. Piper

Indicum. Piloſella. Antirrhinon. Blattaria. Calendula. Geranium Moſchatum. Chryſanthemon creticum. Conſolida regalis. Digitalis. Lupini. Naſturtium Indicum. Papaver ſativum & erraticum. Flos Trinitatis. Cyanus. Lyſimachia. Condrylla.

§. 32.

VII. JVLIO.

Galega. Millefolium. Lilium album. Hemerocallis. Malva hortenſis. Moly. Tuberoſa. Anemone. Cyclamen veronicum. Caryophyllus Carthuſianum. Lychnis Chalcedonica, coronaria & ſylveſtris. Saponaria. Clematis. Lyſimachia. Amara dulcis. Vinca pervinca. Canna Indica. Belveder. Branca urſina. Chamæmelum. Matricaria. Eryngion. Flammula Jovis. Balſamina fœmina. Stramonia. Amaranthus. Piloſella. Malva venetiana & criſpa. Antirrhinon. Aſter Atticus. Geranium Moſchatum. Flos Africanus. Chryſanthemon Creticum. Conſolida regalis. Convolvulus Hiſpanicus. Digitalis. Lupini. Phaſeoli Braſiliani. Naſturtium Indicum & aquaticum. Nigella. Papaver ſativum & erraticum. Scabioſa. Thlaſpi Pannonicum. Flos Trinitatis. Viola Mariana. Cyanus. Caryophylli.

§. 33.

VIII. AVGVSTO.

Tuberoſa. Anemone. Cyclamen Veronicum & Bizantinum. Caryophylli. Cartheuſer-Nägelein. Lychnis Chalcedonica, coronaria & ſylveſtris. Saponaria. Clematis. Vinca pervinca. Canna Indica. Belveder. Chamillen. Matricaria. Lyſimachia. Amara dulcis. Anagallis.

Eryn-

Eryngion. Millefolium. Lathyris. Linaria. Balſamina. Stramonia. Amaranthus. Antirrhinon. Aſter Atticus. Calendula. Carduus Sphæro-Cephalus. Geranium Moſchatum. Datura. Flos Africanus. Chryſanthemon Creticum. Conſolida regalis. Convolvulus Hiſpanicus. Ricinus. Lupini. Phaſeoli Braſiliani. Naſturtium Indicum & aquaticum. Flos paſſionis Chriſti. Nigella. Papaver ſativum & erraticum. Scabioſa. Thlaſpi Pannonicum. Flos Trinitatis. Viola Mariana.

§. 34.

IX. SEPTEMBRI.

Perſiſche Herbſt-Narciſſen. Colchicum. Tuberoſa. Cyclamen Byzantinum & autumnale. Caryophylli. Lychnis coronaria. Saponaria. Canna Indica. Belveder. Matricaria. Millefolium. Malva hortenſis. Pyramis. Balſamina. Amaranthus. Antirrhinon. Aſter Atticus. Anagallis Luſitanica. Calendula. Geranium Moſchatum. Flos Africanus. Chryſanthemon Creticum. Conſolida regalis. Convolvulus Hiſpanicus. Ricinus. Phaſeoli Braſiliani. Naſturtium Indicum. Flos Paſſionis. Papaver ſativum & erraticum. Piloſella. Scabioſa. Thlaſpi Pannonicum. Flos Trinitatis.

§. 35.

X. OCTOBRI.

Perſiſche Herbſt-Narciſſen. Tuberoſa. Cyclamen autumnale. Canna Indica. Malva hortenſis. Pyramis. Amaranthus. Aſter Atticus. Calendula. Ricinus. Phaſeoli Braſiliani. Naſturtium Indicum. Scabioſa. Flos Trinitatis.

§. 36.

XI. NOVEMBRI.

Helleborus.

§. 37.

XII. DECEMBRI.

Helleborus. Cyclamen hyemale aus Perſien.

Cap. XLVII.

FAbularum (*a*) conditores ſæpe ſub blandis illis involucris veritatem latentem hominibus infuderunt. Ex illorum mente *corniger* (*b*) *Ammon* (veluti audit LVCANO III. 292.) *olim* Amaltheæ (*c*) *capræ nutrici* (MINVT. Felix *in Octav. p. m.* 23. Bocatius *XI. r.* Joh. Bertels, *Grudius Abbas de Diis gentil. p. m.* 13.) gratitudinem ſuam teſtaturus fecit locum inter ſidera, (MANIL. I. 365. Janus Pannonius *Epigr. VI. v.* 38. Germanicus Cæſar *in* Arateo *carmine*, atque Franc. Petrarcha *in Bucol. Eclog. Argus.* OVID. 5. *Faſtor.*) ex ejusdem pelle diphtheram (*d*) fecit, in qua omnia mortalium notaret facta, (TAVBMANN. *ad* Plauti *Rudent. prolog. verſ.* 21. Wilh. Godelevæus *ad* Liv. *p. m.* 98. Cæl. Calcagnin. *de Equitation. p. m.* 570. Melch. Guilandin. *de papyr. membr. VI. num.* 5. *f.* 178. Chartarius *de imagin. Deor. p. m.* 110. Gyrald. *Hiſtor. Deor. Synt.* 2. *f. m.* 82. Erasmus Roterodamus *Adagiorum Chil.* I. *Cent.* 5. *prov.* 24. *&c.*) cornu vero beavit omni ubertate.

> *Najades hoc pomis, & odoro flore repletum*
> *Sacrarunt, divesque ejus bona copia cornu eſt.*

Ovid. Metam. *XI.* 1. 87. *Ager noſter* (*e*) *Heidelbergenſis* eſt, in quo *reſident* Muſæ *cum ſapientisſimo ſuo* Apolline. Ille eſt *cornu* Amaltheæ; ille quidquid natura grati & amabilis mortalibus largitur, large poſſidet: Fontes nempe ſaluberrimos e montibus paſſim cryſtallina pelluciditate ſcaturientes; circumquaque vinetis cultiſſimis, arboribusque fertiliſſimis variis, tanquam diademate, cingitur; in planitie verſus Zephyrum latiſſima, luxuries ditiſſima lætiſſimarum ſegetum. Piſcoſus Nicer & mœnia lambit, & navibus hinc inde commeantibus veliſi-

velificatur. Adſunt proxime ad ſeptentrionem meridiemque montes altiſſimi, quorum cacumina blandiente virore ſilvarum ſpem lignorum perquam utilium pleniſſimam & promittunt & ſervant: Radices vero Caſtaneis & Vineis turgent, valle gratiſſima in Eurum protenſa ad ductum irruentis Nicri, ad marginem præruptis rupibus herbiferisque undiquaque conſpicua.

COMMENTARIUS
AD CAP. XLVII.

§. 1.

a) F*Abularum conditores*) Fabulam prolaturus & ad agrum Heidelbergenſem, *quo vix præſtantior alter*, applicaturus, Fabularum Autor oſtendit uſum, nempe latentem ſub iis veritatem.

§. 2.

Qua de re etiam Dionyſius *Halicarnaſſeus Antiquit. Roman. l. 2. c. 3. p. 139. interprete Aemilio* Porto, Nequis, *inquit*, tamen exiſtimet, me ignorare, aliquas fabulas *Græcas* hominibus eſſe utiles: alias quidem, quod NATVRÆ opera per ALLEGORIAS demonſtrent: alias vero, quod ad humanarum calamitatum conſolationem compoſitæ fuerint: alias vero, quod eximant animi perturbationes, & terrores, & non ſanas opiniones evellant: alias vero, quod ad aliquam aliam utilitatem ſint confictæ. Sed licet hæc ego æque bene, atque alius quivis, ſciam, tamen in iſtis caute me gero, & Romanorum Theologiam potius probo: cogitans commoda, quæ ex græcis fabulis proveniunt, parva eſſe, nec multis prodeſſe poſſe, ſed iis tantum, qui in cauſas, cur illæ compoſitæ fuerint, inquirunt. Pauci autem ſunt, qui hujus Philoſophiæ ſunt participes: ſed vulgaris turba, quæ magna eſt, quæque hujus Philoſophiæ eſt imperita, ſolet in

deteriorem partem accipere, quæ de illis dicuntur: eique horum alterum accidere ſolet, vel ut Deos contemnat, ut magna infelicitate implicitos, vel a nullis fœdiſſimis, & maxime ſceleſtis facinoribus abſtineat, quod vel ipſos Deos his obnoxios eſſe videat. Sed hæc quidem illis, qui hanc ſolam partem contemplationis a philoſophia ſeparant, conſideranda relinquantur. *Hæc* Dionyſius.

§. 3.

Quod vero de damno vulgari turbæ ex fabulis Græcorum inferendo dicit Dionyſius, non eſt deterius eo, quod e Romanorum fabulis poteſt legentibus injungi. Et plane perſuaſus ſum, verum eſſe, quod Paulus ait, Rom. I, 21. factos tam Græcos quam Romanos eſſe vanos in ratiocinationibus ſuis. Licet enim omnem fere veritatem, quam potuit, latentem doceat Ovidius *in Metamorphoſi*, vanitatem tamen impietatemque inſignem ſimul quivis agnoſcat oportet. Neque tamen puris animis ex fimetis hiſce margaritas interdum egregias obviam ſe dare quis neget. Et mundis omnia munda eſſe aſſerit Paulus *ad Tit. I. 15.* Æſopi & Phædri fabulas jucundiſſimas lectu, utiliſſimasque humano generi eſſe nemo ibit inficias.

§. 4.

Palæphatus in incredibilibus multas Græcorum fabulas explicat, Sabinus & alii Metamorphoſin Ovidii, alii alias.

§. 5.

Auguſtinus *in libro contra mendacium*, qui eſt *in retractationum l. 2. c. 60.* apud autores, *inquit*, ſecularium literarum, ut apud *Horatium*, mus loquitur muri, & muſtela vulpeculæ, ut per narrationem fictam ad id, quod agitur, verax referatur ſignificatio. Vnde & Æſopicas fabulas, ad eum finem relatas, nullus ineruditus fuit, qui putaret appellanda men-

mendacia; & in ſacris libris, ut in libro *Judicum c. IX, 7. ſqq.* cum ligna ſibi regem fecerunt, & loquuntur ad ficum & ad vitem, quod totum fingitur, ficta quidem narratione, ſed veraci ſignificatione hæc dicuntur.

§. 6.

Auctor *vitæ* Æſopi: Κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους, inquit, οἱ βασιλεῖς πρὸς ἀλλήλους εἰρήνην ἔχοντες, καὶ τέρψεως χάριν προβλήματα τῶν σοφιστικῶν πρὸς ἀλλήλους γράφοντες, ἔπεμπον, ἅπερ οἱ μὲν ἐπιλυσμένοι φόρους ἐπὶ ῥητοῖς πρὸς τῶν πεμπόντων ἐλάμβανον, εἰ δὲ μὴ, τοὺς ἴσους παρεῖχον. Ὁ τοίνυν Αἴσωπος τὰ πεμπόμενα τῶν προβλημάτων Λυκήρῳ συνὼν ἐπήλυε, καὶ εὐδοκιμεῖν ἐποίει τὸν βασιλέα. Καὶ αὐτὸς δὲ διὰ Λυκήρου ἕτερα τοῖς βασιλεῦσιν ἀντέπεμπεν, ὧν ἀλύτων μενόντων φόρους ὁ βασιλεὺς, ὅτι πλείστους εἰσέπραττεν. *h. e. Illis temporibus reges invicem pacem habentes atque delectationis gratia quæſtiones viciſſim ſophiſtarum ſcribendo mittebant, quas qui ſolverent, tributa pacta a mittentibus accipiebant, qui vero non, æqualia præbebant. Aeſopus igitur, quæ mittebantur problemata Lycero intelligens diſſolvebat, & clarum reddebat regem, & ipſe Lyceri nomine altera itidem remittebat. Quæ cum manerent inſoluta, tributa Rex quamplurima exigebat.* Ita habet verſio a *Neveleto* nuper publicata, cujus tamen auctor non intellexiſſe ſatis τὰ σοφιστικὰ προβλήματα J. Scheffero *in libro ſingulari de natura & conſtitutione Philoſophiæ Italicæ ſeu Pythagoricæ p. 87.* videtur in his verbis: Nec enim, *inquit*, quæſtiones ſophiſtarum ſunt, ut ipſe reddidit, ſed talia *ænigmata*, quæ (*pag. 86.*) diximus. Igitur & ſimpliciter σοφίσματα a Joſepho nominantur.

§. 7.

Quarum de Æſopicarum fabularum, ſeu ænigmatum utilitate mirificum D. Martini Lutheri judicium extat *in ejus Colloquiis ſive* Tiſchreden *cap. LXXX. p. 553.* ubi Editor ait:

Doctor Martin Luther lobete einmahl ſehr die Fabulas Æſopi, und ſagete / man ſolte ſie verdeutſchen / und in eine feine Ordnung bringen / denn es wäre ein Buch / ſo nicht Ein Menſch gemacht hat / ſondern Viel groſſer Leut haben zu jeder Zeit in der Welt dran gemacht. Und es iſt eine ſonderliche Gnade GOttes / daß des *Catonis* Büchlein / und die Fabeln Æſopi in den Schulen ſind erhalten worden / es ſind beyde nützliche und herrliche Büchlein. Der Cato hat gute Wort / und feine præcepta, ſo ſehr nütze ſeyn in dieſem Leben; aber Æſopus hat feine liebliche res & picturas, ac, ſi moralia adhibeantur adoleſcentibus, tum multum ædificant. Und als ich urtheilen und verſtehen kan / ſo hat man nechſt der Bibeln keine beſſere Bücher / denn des Catonis ſcripta und die fabulas Æſopi. Meliora enim ſunt ſcripta iſta, quam omnium Philoſophorum & Juriſtarum laceratæ ſententiæ. &c.

§. 8.

Sic nec ſuo uſu caret Στεφανίτης & Ἰχνελάτης, liber pervetuſtus Phyſiologicus pariter ac Ethico-Politicus, ſub fabulis & arcana Naturæ docens, quem ſub Titulo *Speciminis ſapientiæ INDORVM Veterum* primus e MS. Codice Holſteiniano Græce cum verſione nova Latina Cl. Sebaſt. Gottofr. Starckius edidit. Namque p. 3. in textu ipſo dicitur φυσιολογικός. Non igitur fabulæ tantummodo, ut Plutarchus *Comm. de Iſide & Oſiride*, inquit, *exilia veritatis ſimulachra & ſcintillas continent*; ſed & majus quid & excellentius, ſcilicet naturæ arcana.

§. 9.

b) *Ammon*) id eſt Jupiter Ammon, *prave ſic dictus pro* Amus, quod occultum, occultationem *indicat*, vid. Plutarch. *de Iſide & Oſiride p. 15.* ſi tamen quod res eſt, dicendum, Amus ille fuit Hamus, ſeu Chamus, impius Noachi filius, a

quo

quo & Chemia nomen ſuum traxit. Quem pro Deo Antiquitas Ethnica coluit.

§. 10.

c) Amalthea) Amalthea *nutrix* Jovis fuiſſe perhibetur. Nam *Meliſſus*, rex Cretæ, duas filias habuit, Amaltheam & Meliſſam, quæ Jovem caprino lacte & melle nutriverunt. Lactantius *divin. inſtitut. l. 1. c. 21.* *Alii* dicunt, nutricem eam fuiſſe *capram*, & Amaltheam dictam, ut *Parmenius* Poeta Græcus: & Meliſſi filias *Adaſtream & Isdam* faciunt. Fabulantur alii, Amaltheæ capræ alterum cornu Jovem poſtquam adoleviſſet, officii præmium nutricibus dediſſe, ubi capram inter SIDERA collocaſſet: cui illam adjecit facultatem, ut quicquid ab eo optaretur, qui illud haberet, ſive cibus, ſive potus, continuo naſceretur. *Alii* non capram, ſed *Aemonii*, Ætolorum regis filiam Amaltheam, quæ cornu non capræ ſed tauri, habuerit, fuiſſe ſenſerunt, quod vim illam habuerit, ut ſcribit *Pherecydes*, cit. *Carolo* Stephano *in Dictionario Hiſtor.* voce Amalthea *p. 97.*

§. 11.

d) Diphtheram) Diphthera eſt, quod vulgo pergamenam, ein Pergament vocant.

§. 12.

e) Ager noſter Heidelbergenſis) Multus eſt noſter Autor hoc loco in recitandis naturæ theſauris, quibus gaudeat ager Heidelbergenſis; Alibi etiam ſc. in *Chloride Palat.* §. *9. ait:* nos naturæ ipſius inæſtimabiles oculis uſurpabimus noſtris gazas, & in vicinis montibus, vallibus, pratis, campis, aliisque ruribus floreis naturæ parturientis delicias tanquam publico in theatro mundi productas veremur æque ac veneramur. Suo enim meritiſſimo vindicantur AGRO noſtro Heidelbergenſi omnes illi ἔπαινοι χωρίȣ, quos loco alicui tribuit Julius POL-

LUX *Onomaſt. l.1.c.12.* §. *12. f.m.61.* inquiens: Ἐπαινῶν δὲ χωρίον, ἐρεῖς, ἔνυδρον, κατάῤῥυτον, ἔνδροσον, ὑδρηλὸν, μαλακὸν, βαθὺ, ἔμφυτον, κατάφυτον, πυκνὸν, δασὺ, σύνενδρον, εὔδενδρον, καλλίδενδρον, εὐθαλὲς, ἀμφιθαλὲς, εὔκαρπον, καλλίκαρπον, πολύκαρπον, ἐπίῤῥυτον, σκιερὸν, ἀμφιλαφὲς, εὔφορον, εὐθυνοῦν, καὶ τὰ ὅμοια. hoc eſt, *Rudolpho* Gualtero *interprete:* Locum vero laudans dices, agnoſus, irriguus, roridus, humidus, mollis, denſus, conſitus, plantatus, pingvis, opacus, arboribus conſitus, florulentus, fructuoſus, pulcros fructus procreans, frugifer, rigatus, umbroſus, umbratilis, ferax, juſtus, & ſi quæ ſunt ſimilia.

§. 13.

Et *in alia Diſſertatione, quæ* Ανθισφόρια audit *Palatina* §. *17.* Eja ergo agite, *inquit*, juvenes politiſſimi, & quotquot parturientis naturæ veneramini gazas multicolores, vel prope adverſum Nicrum, aliosque piſcoſos rivulos adſcendamus inter dumeta; ubi

Silva coronat aquas cingens latus omne, ſuisque
Frondibus, ut velo, Phœbeos ſubmovet ignes;
Frigora dant rami, varios humus humida flores.

Ovid. *Met. V. 6. 4.*

Cap. XLVIII.

ADeo & locus (*a*) commendabilis eſt vel ex mente βοτανικωτάτου Dioſcoridis *in præfat. ad* Arejum, collaudantis, ὀρεινοὺς, καὶ ὑψηλοὺς, καὶ διαπνεομένους, καὶ ψυχροὺς, καὶ ἀνύδρους τοὺς τόπους, *i. e. vertente* Marcello Virgilio: *Montanos, ventoſos, frigidos, nec uliginoſos locos*, additque hanc rationem de plantis: ἰσχυρότεραι γάρ εἰσι αἱ δυνάμεις, h. e. eodem interprete: *Efficaciores ſiquidem omnium* (his locis) *vires erunt*, Encomiaſten quoque noſtris terris ſe ſiſtit EBNSINA *l. 2. tr. 1. c. 6.* (non 5. uti apud SCHROEDER. *in pharmacop.* allegatur) *Edit. Venet. per* Dionyſ. Berthocum. 1490. *interprete* Magiſtro GERARDO Cremonenſi in Toleto, inquiens:

ens: *Illæ præterea* (plantæ,) *quæ in claro aere colliguntur, ſunt meliores, collectis in* diſpoſitione *humiditatis aeris, & vicinitatis temporis pluris pluviæ. Silveſtres quoque omnes domeſticis ſunt fortiores, & minoris quantitatis ſecundum plurimum. Et de ſilveſtribus montanæ ſunt fortiores. Et illæ, quarum collectionis loca ſunt ventoſa & ſublimia, ſunt fortiores aliis.* His exornatur, his pollet, immo his abundat ager noſter Heidelbergenſis, in quo Nectar & Ambroſia,

Apparetque beata pleno
Copiæ cornu.

Canente FLACCO *in Carm. ſecul. verſ.* 59.

COMMENTARIVS
AD CAP. XLIIX.

§. I.

a) L*Ocus commendabilis eſt*) Ita Autor *in programmate, quo ad* Ambarvalia *Heidelbergenſia vocitat Botanophilos* §. 31. Nos, *inquit*, relictis his ad noſtra, eaque ſaniora tranſimus *Ambarvalia*, dicta Botanica, ubi, poſtquam *AETERNVM* venerati ſumus *NVMEN* pro immenſa bonitate, qua nos, terramque noſtram beavit, exſpaciabimur per viridaria Palatina, quæ longe ſunt amœniora, quam *Peneja tempe.* Ibi naturæ omnipotentis gazas verſicolores oculis lætis ſumma cum voluptate uſurpabimus. Videbimus montes parturire; & turmatim proferre arbores, qua ſylveſtres, qua frugiferas quamplurimas: Adſpiciemus convalles depreſſas virentesque fruticibus elegantiſſimis luxuriantes: Luſtrabimus prata floribus omnigenorum colorum ſuaviſſimis, tanquam totidem gemmulis diſtincta, & a benigniſſima terra, tanquam topiaria naturalia exculta: arridebunt nobis virore ſuo Smaragdi graminis, Sapphiri abblandientur cœrulo ſuo cichoreorum, adamantes bellidis fulgebunt; ita, ut quicquid lingua pro dignitate ſua non ſatis efferet, oculus curioſus ſupplebit. Indagabimus ad ulvoſi Nicri herbiferam ripam paludicolas plantas: ac denique

nique per camporum planitiem jucundiſſimam admirabimur ſegetum frumentorumque lætiſſimum proventum.

Cap. XLIX.

HUnc petamus, hunc luſtremus, hunc ſcrutemur, & dabit varias, easque plurimas, easque utiliſſimas, easque alibi quoque rariſſimas nobis plantas. Ita creatorem (*a*) ex creaturis cognoſcimus, & devotiſſime veneramur: ita quod proximo ſalutare eſt, quærimus, ita, quod officii eſt noſtri, debite exſequimur, eoque magis, quod philoſophiæ partium nulla ſit difficilior, quam ea, quæ plantarum (*b*) naturam complectitur, ob incredibilem formarum, virium, & aliorum accidentium varietatem, teſte Adrian. Spigelio *in præf. Iſag. in rem herbariam p. m.* 15. Valete PP. e muſeo M. Majo cIↃ IↃc LXXX.

GEORGIVS FRANCVS.

COMMENTARIVS AD CAP. XLIX.

§. 1.

